VETVSTAS RESVRGENS
P.
LVDIS
VETVSTA
LIBVS

VETVSTALIA

SEV

VETVSTATIS

ADMIRANDA

QVIBVS

FRANCISCVS PTOLEMÆVS

PATRIC. SEN.

In almæ Vrbis Archigymn. Pandect. Interpres

Plurium varietate verborum

LVSIT

Idibus Nouemb. MDCLXII.

Romæ, Typis Ignatij de Lazaris. 1664.

SVPERIORVM PERMISSV.

EMINENTISS.ac REVERENDISS. PRINCIPI

FRIDERICO

S. R. E. CARD. SFORTIAE

DOMINO SVO COLENDISSIMO

FRANCISCVS PTOLEMAEVS

S. P. D.

AEDILES purpurea nobiles toga, ſellaque Eminentes curuli Ludorum defenſores præfuere ſolemnitatibus, Eminentiſsime, ac Reuerendiſsime Princeps. Hinc ego VETVSTALES hos LVDOS, quos VETVSTATI ope, imperioque Sanctiſsimi D. N. ALEXANDRI VII. Pont. Max. RE-

SVRGENTI, more Maiorum paraueram, editurus, ad te Aedilem sacrosanctum, venerabundus accurro; ne, tui nominis maiestate securus, ingratam ob editionem vulgi clamoribus exsibiler, explaudar, ac mulcter, factus in meo ludo ludibrium. Id tua mihi virtus generosa, vetusta morum integritas, atque humanissima, quam integro septennio percipiens pectori indelebiliter insculpsi meo, promittit humanitas. Igitur hæc Ludicra tuo nomini fidenter adscribo, præcorque, vt, si datur, vt nihil agas, ea spectes; &, ne nihil omninò agas, defendas. Vale.

FRANCISCO PTOLEMAEO

VIRO EXCELLENTISSIMO

CAROLVS CARTHARIVS S. D.

AQuam vix indicare valeo animi iucunditate VETVSTALIA perlegi, vetuſtiori, ſolidiori nempè erudi-tione a te exarata: & ſanè nihil in ijs non admirandum, nihil non commendandum. Diù erat, quòd te abſentem ſuſpexeram, tui nominis fama per vrbem euulgata; ſæpius deindè præſentem è publico ſuggeſtu iura erudito legali-tèr profitentem audiui, & obſtupui; eáque tibi attribui, quæ de tuo Conciue, viroque decantatiſſimo Aenea Siluio Piccolomineo monumentis tradita ſunt, qui dum oraret nemo vnquam expuebat; nemo ab orantis vultu oculos ſuos auertebat, nemo non breuem eius orationem exiſtimabat; nemo non inuitus finem accipiebat. Sed procul admiratio: Senarum enim ciuitatem patriam veneraris, quæ Romanorum olim Colonia, Romana ſemper virtute præcelluit: nobile Ptolemæorum gentis germen vireſcis, quæ fumoſis Maiorum imaginibus ſemper præ-

fulgens; vtriuſque Mineruæ, togatæ nempè, ac ſagatæ glorioſis vexillis militauit.

Habet igitur vnde ſibi Romanum Athenæum iure merito gratuletur, ac vtinam ſemper æquales aleret Profeſſores. Ego interim tibi, & auito generis ſplendore, & doctrinæ ornamentis inſigni æternam nominis, famæque immortalitatem auguror. Vale vir eruditiſsime, ac diù felicitèr viue Ptolemæo, amicis, virtuti. Romæ XVIII. Kal. Quinct. MDCLXIII.

V. CL. FRANCISCVS PTOLEMAEVS Patricius Senen. edito pereleganti VETVSTALIVM codice rem Antiquitatis propè omnem enucleauit.

EPIGRAMMA.

IACOBI ALBANI GHIBBESII
In Romana Sapientia Eloquentiæ Profeſſoris.

QVicquid doctorum Ptolemæia fama librorum;
Aut Peluſiacus nouerat Aſtrologus;
Credo equidem, Ptolemæe, *tenes, ac plura recondis*
Pectus, vti nomen, laudis adeptus idem.
Priſca itd iunxiſti monumenta recentibus actis;
Græca itd Romano concinuere foro.
Flagret Alexandrèa licèt, Capitolia nutent:
Tu ſtabis viuens bibliotheca mihi.

LE-

LECTOR.

LVerum est aliquod neque omnibus auditis fidem adhibere; nec omnia rursus tanquam impossibilia aspernari [1]. *Nam credibile est alicubi esse quod hic non est, & aliquando fuisse quod hic non est* [2]. *Quis enim Aetiopas ante quam cerneret credidit, aut quid non miraculo cum primùm in notitiam venit? Quam multa fieri non posse prius quam sint facta iudicantur* [3]? *Quæ est igitur ista calliditas res Vetustate robusta: calumniando velle peruertere* [4]? Cæterum *improbè facit qui in alieno libro ingeniosus est* [5]. Ergo Vetustatem, licet laceris, ac malè consarcinatis amictam centonibus hisce Ludis prodeuntem, lingua saltem venerare, ac si quid fuerit erratum non illudens corrige.

---

[1] *Philostrat. lib. 3. de vit. Apollon.* [2] *D. Augustin. de Ciuit. Dei lib. 16. c. 9.* [3] *Plin. lib. 7. c. 1.* [4] *Cic. lib. 1. de Diuinat.* [5] *Martial. in Epist. lib. 1. epigramm.*

DELECTVS VERBORVM

Materia diſ-

Tabu-

VETVSTA. — E-narratio V.6. f.101 vbi

- Honos Verb.1. f.1
- Vtilitas V.2. f.7
- Prærogatiua V.3. f.19
- Diſtinctio V.4. f.69
- Deſiderium V.5. f.96.
- Circus V.7. f.105
- Philoſophia V.8. f.111
- Triumphus V.9. f.115
- Coena V.10. f.123
- Hiſtoria V.11. f.135
- Amphitheatrum V.12. f.141
- Theatrum V.13. f.151
- Ius V.14. f.163

QVIBVS VETVSTALIORVM

tinguitur

la 1.

Quo ad — *Homi nis*

- *Religionem V.15. f.167*
- *Initium V.16. f.174*
- *Nuptias V.17. f.180*
- *Officia V.18. f.188*
- *Magiſtratus V.19. f.197*
- *Interitum V.20. f.203*
- *Funus V.21. f.206*
- *Conſecrationem V. 22. f.216*

VETV STA- TIS

Homos v. 1. — Humanus num. 1. ad 7. Diuitusta in cælum relata. Sacerfin. plura in alleg.

Veilitas v. 2. nã dedit — Scientias 1. ad 4. Doctorum Mores 20. ad 32. rerum cognicuncta ab Antiquitate 49. ad templum, non victimæ 54. ad

Prærogatiua v. 3. — Noſtrum æuum deterius 1. ad virtus 13. excellentia operum tricliniorum 33. natatorum 34. præferenda 40. ad 44 ratio 44. ra 50. ad 60 in hominis, cor- 110. ad 114. picturæ 114. ad Plena cognitio Vetuſtatis daret gnita, typographiam 195. 196. noua ſydera 205. nouus orbis uum 223. ad 233. Noua vetu- 248. ad 260. Decepti qui re- prærogatiuæ Vetuſtatis 263. ad

Diſtinctio v. 4. nam colenda — Non ſuperſtitioſa, vbi gentilipta luxu vario 62. 63. præcipuè Domitiani 75. Heliogabali 76. que virtute, ac probitate deco-

Deſideriũ v. 5. — Vetuſtas appetenda 1. ad 4. qui 16. ad 17. determinatio 18. plu-

Emarratio v. 6. — Cauſa narrandi 1. ad 4. Modus

nus, veneratio n.8. ad 13. Cælum 14. Hic omnia ve-
dotes 15. ad 17. Maiestas 18. Nouatores exosi 19. ad

proprietates 5. Priuilegia 7. ad 13. artificia 14. ad 19.
tionem 33. atque hominis, qui microcosmos 34. ad 48.
51. cuius recordatio ad virtutes allicit 51. cur ei non
56. plura in alleg.

7. nam deest ætas 8. moles, & vis corporum 9. ad 12.
14. ad 21. sapientum 23. ad 28. thermarum 30. ad 32.
machinarum 35. ædificiorum 37. ad 39. Hinc Vetustas
ad 46. Producta olim meliora, in aquis 47. ad 49. ter-
pore 61. ad 66. ingenio: vnde ędificia 67. ad 109. statuæ
121. scripta 122. ad 137. aliaque egregia 138. ad 149.
notitiam plurium, quæ perierunt 151. ad 192. Olim co-
tormenta bellica 197. ad 200. telescopium 201. ad 203.
207. ad 217. pyxis nautica 218. 219. Nihil hodiè no-
stis non comparanda 237. ad 247. multo minus inania
cens æuum veteri præferunt 265. 266. rationes variæ
279. plura in alleg.

tatis admiranda 1. ad 18. inutilis 59. ad 61. aut corru-
Apicij 64. Mindridis 65. Caligulæ, Neronis 66. ad 74.
ac vitijs innumeris 77. ad 84. Sed vtilis 83. 84. heroum-
rata 85. ad 98. plura in alleg.

eam coluerint 5. ad 13. Oratio vetusta ad Vetustatem
ra in alleg.

5 ad fin. vide infra

Enarratio ubi

- *Circus* *v.* 7. — Descriptio, spectatores 1. ad 3. 10. bigæ, equi desultores 11. Ecestus 15. cursus pedester, sara in alleg.
- *Philosophia* *v.* 8. — Philosophorum habitus 1. natunumque initium, affectus, morbi,
- *Triumphus* *v.* 9. — Scipio, eiusque virtus 1. Triumvictarum gentium 4. ad 6. ho- 13. cursus 14. 15. tintinnabuliberati 18. milites cum laudi- 28. honores 29. ad 31. plura in
- *Coena* *v.* 10. — Locus 1. ad 3. hora 4. thorus 5. titiæ 14. luxu deficiente 15. ad 32. larua 33. ludus 34. ad 36. alleg.
- *Histor.* *v.* 11. — Historicorum officium 1. 2 Vramoris patriæ 13. ad 25 & pau-
- *Amphitheatr.* *v.* 12 — Gladiatores 1. preludia 2. ad 5. 24 ad 28. venatus 29. ad 35. ad 48. plura in alleg.
- *Theatrum* *v.* 13. — Consessus 1. comediæ, ac tra- ad 26 in interludijs 27. ad 36. redorum &c 46. ad 49. omnium
- *Ius* *v.* 14. — Legislatorum proprietates 1. ad Initia, & progressus. uide infra.

la 3.

Circenſium pompa 4. ad 6. quadrigarum curſus 7. ad quites Theſſali 12. ludens in equo 13. luctatores 14. gitta 16. Troiæ ludus 17. 18. pugna 19. venatio 20. plu-

ra 2. ad 4. quorundam proprietates 5. rerum, homi-mors, purgatio, reditus 6. plura in alleg.

phus, eiusque pompa 2. uictimæ, ac ſpolia 3. imagines ſtes victi 7. coronæ 8. 9. triumphantis habitus 10. ad lum, flagellum, & publicus miniſter 17. coniuncti, ac bus, & dicterijs 19. ad 25. ſacrificium 26. 27. epulum alleg.

conniuę 6. eorum habitus 7. ad 10. potus 11. ad 17. lau- 17. dapes 18. ad 28. miniſterium 29. ad 31. concentus narrationes 37. ad 39. ſermones 40. ad 55. plura in

bis initium 3 incrementum a fortuna 5. ad 11. & virtute pertatis 26. ad 31. plura in alleg.

certamen 6. ad 15. cędes 16. ad 23. beſtiarum pugna ſpectacula 36. ad 41. naumachia, & in aquis mira 42.

gediæ rapræſentatæ 2. ad 7. admiranda in anteludijs 9. in poſtludijs 37. ad 44. certamen ſcriptorum 45. citha- epilogus 50. ad 54 plura in alleg.

4. Iuris ſanctitas 5. deriuatio, ac vera philoſophia 6.

- *Ius quo ad*
  - *Religionem v.* 15.
    - Ll. 12. tab. ordinatio 1. cultus natus religionis iudex 13. Sa-
  - *Hominis*
    - *Initiũ v.* 16.
      - Fœtus 1. natiuitas 2. 3. repositio 13. puerorum hadoctrina 29. 30. tempus in- 34. eius habitus 35. 36. ad 40. plura in alleg.
    - *Nuptias v.* 17.
      - Nuptiarum præparatio 1. pus 7. ad 9. nuptarum ctio in domum, solemnitas, priuilegia 41. leges inter pultura 63. Adoptio 64.
    - *Officia v.* 18.
      - Romana uestis 1. ad 17. 53. ad 56. dies 57. 58.
    - *Magistrat. v.* 19.
      - Origo ex ll. 12. tab. 1. alleg.
    - *Interit. v.* 20.
      - Mors duplex 1. omnia mentum, & eius species tio 11. 12. repræsentatio cti 16. plura in alleg.
    - *Funus v.* 21.
      - Funeris præscriptio 1. cor 7. ad 10. conlocatio 11. ad 25. rogus 26. ad 44. 50. cinerum, ossiumque tio 56. ad 58. infantes, & 69. parentatio 70. ad 76.
    - *Cõsecrat. v.* 22.
      - Pompa, locus, elatio, laubola. plura in alleg.

Deorum uarius 2. ad 9. festa 10. modi præcandi 11. Sacerdotes, & ministri 14. ad 26. *plura in alleg.*

latio 4. 5. status 6. 7. patris ius 8. ad 12. nominis imbitus 14. ad 17. educatio 18. ad 22. ludi 23. ad 28. fantiæ 31. pueritię 32. natalis dies celebratus 33. Pubes tirocinium 37. puberum priuilegia, & facultates 38.

contrahentes 2. ad 4. uxorum species 5. auguria 6. temhabitus 12. ad 16. deductionis pompa 17. ad 27. indu- & congressus 28. ad 39. Repotij dies 40. nuptiarum uirum, & uxorem 42. ad 59. concubina 60. ad 62. se- *plura in alleg.*

uictus 18. ad 24. commercium 25. ad 52. tempora horæ 59. ad 64. militia 65. ad 71. *plura in alleg.*

numerus 2. auctoritas 3. ad 10. ministri 11. plura in

soluit 2. terminus uitę 3. immortalitas ciuilis 4. testa- 5. ad 9. legata, eorumque species 10. hæreditatis dela- 13. spiritus exceptus 14. oculi clausi 15. annuli detra-

poris conclamatio 2. ablutio 3. 4. unctio 5. 6. uestitus ad 14. funeris indictio 15. pompa 16. ad 21. elatio 23. munera 45. ad 47. combustio 48. decursio 49. inferiæ lectio 52. ad 54. monumentum 55. domuitio, & lustrafulguriti 59. 64. Funeris, & sepulcri priuilegia 65. ad luctus 77. ad 89. sepulcri ttanslatio 90. plura in alleg.

datio, pyra, munera, ludi, ignis, aquila, honores, sim-

Imprimatur .

Si videbitur Reuerendissimo Patri Magistr. Sacri Palatii Apostolici .

O. Archiep. Patracen. Vicesg.

Imprimatur .

Fr. Hyacinthus Libellus Sacri Palatii Apostolici Magister .

VETVSTATIS.

HONOS.

VETVSTATEM quantis Mortales extulerint honoribus, quibus venerati sint laudibus, ex eo constare videtur apertissimè, quòd duris quæsita laboribus rerum fragmenta vetustarum, dignioribus locis, quasi gemmas inseruere 1; quod Ægyptij cũ Scythis 2, Phrygibusque 3; de generis Antiquitate certauerunt; quodq; nobilem sanguinis Vetustatem monstraturi, cincinnos aureis redimitos cicadis gestauerunt Athenienses 4; atquè Romani consueuere; non modò lunulas in astragalis gestare 5; sed

——— pictos ostendere vultus
Maiorum, & stantes in curribus Emilianos,
Et Curios iàm dimidios, nasumque minorem
Coruini; & Galbam auriculis, nasoq; carentẽ;
Fumososq; Equitum, cũ Dictatore, Magistros 6,

Hinc *expreſsi cera vultus ſingulis diſponebantur armarijs, vt eſſent, quæ comitarentur gentilitia funera; ſemperquè, defuncto aliquo, totus aderat familiæ eius, qui vnquam fuerat populus; ſtemmata verò lineis diſcurrebant ad imagines pictas; tablina codicibus implebantur, & monumentis rerum in magiſtratu geſtarum* 7.

Honores quin etiam diuinos in eam contulere: cum facta Veterum annuis ſolemnitatibus dixerint celebranda 8; Maioribus etiam nulla reddita ratione, credendũ: pietate Maiores ſequi ſuadente 9; Vetuſtati reuerentiam præſtandam 10, eamq; ſemper ſi ſapimus adorandam: *illa quippè ſæcula ſunt, quæ imperium, vel ſanguine, vel ſudore pepererunt; quod non niſi virtutum feciſſet vbertas* 11. Quin etiam Antiquitatis nomen pro ſanctitate ipſa recœperuut 12: vnde *more maiorum* agere, ſanctè agere eſt, & innocentèr, ſinè fuco videlicet, & fallacia 13; ac meritò, velut ad loca ſacra, longis peregrinationibus conueniunt homines ad rerum monumenta vetuſtarum.

Tandem, ne quid tributis deeſſet honoribus, noua Cœlis apotheoſi Vetuſtatem adſcripſere: quis enim adeo lumine captus eſt, vt non videat inter Planetas; Saturnum, quem patria electum excepere Tyrrheni; Iouem Dictum Regem; Martem ſanguinis auctorem

rem Romani; Phœbum Muſarum patrem; maris ortam è ſpuma Cythream; Cyllenium Atlantide natum; ac Cynthiam Endimionis amaſiam.

Indignus eſt, qui ſolem videat, qui non videt in Zodiaco Phrixi, Helleſque vectorem; Taurum, quo Iupiter Europam abduxit; Caſtorem, & Pollucem; Cancrum, qui Herculem morſu comprehendit; Leonem Nemæum; Aſtream, cum Libra, Virginem; Scorpium Orionis interfectorem; Centaurum ſagitta potentem; Aegipanum cum Ioue natum; Ganimedem à Ioue raptum; Piſces tandem, qui ouum in Euphrate, vnde Venus orta eſt, ad litus venerabundi duxere.

Arctoam ſpectantibus Cęli plagam ſe ſe offert Caliſto in Helice; Aeſculapius mortuorum ad vitam reductor in Ophiuco; Arcas à Ioue luci redditus in Boote; Andromeda cum parentibus Cepheo, & Caſſiopea, atque Perſeo, Meduſæ capitis inſtrumento liberatore; Nutrices Liberi Hyades; Iouis Capra, cum Hædis, Amalthea; Deltoton effigies Aegypti; Bellorophontis equus; Lyra à Mercurio reperta; Cycnus, cuius forma Ledam compreſſit Iupiter; Aquila, quæ Ganimedem ad Cæli rapuit miniſterium; Delphinus Neptuni pronubus, & Amphitrites.

Qui clariorem expetit cognitionem ad auſtrum luce nobiliorem conuerſus intueatur Cœtum à Neptuno aduerſus Andromedam immiſſum; Coronam Ariadnæ, quam Liber à Theſeo derelictam, ſibi matrimonio copulauit; Orionẽ è lotio Iouis, & Mercurij natum; Canem cum Dracone cuſtodes Europæ; Leporem, cuius nati Leronem Inſulam deſtruxere; Argonauem, qua Colchum Græciæ Proceres adnauigauere; Eridanum, in quem Phaeton iuſto ictus fulmine pręceps corruit; Piſcem, in quem ſe ſe Venus contertit; Sacrarium, in quo primum Dij fœdus iunxere; Chironem Centaurum; Hydram tandem, Coruum, & Craterem: propter ea, quæ de coruo aquatum ab Apolline miſſo referuntur [14].

Nè tamen Cælis adſcriptæ Vetuſtati Flamines, Sacerdoteſque deeſſent; Antiquitatibus in annales referundis præerant, apud Romanos Pontifex Maximus [15], apud Aegyptios, Perſas, & Aſſirios ipſi Deũ Sacerdotes [16]: conſtat enim hiſtoriam *non niſi ab honeſtiſsimo quoque ſcribi ſolitam* [17].

Hinc, Diuinæ quaſi maieſtatis aduerſus Vetuſtatem crimine commiſſo, Athenienſes Diagoram pepulerunt, Socratem damnauerunt, vt nouatores [18], *Atque Therpandrum*, qua

quamuis alioqui Antiquitatis sectatorem, & fidicinem suæ ætatis præstantissimum, nec non Heroicorum gestorum laudatorem, mulctauerint Ephori, cytharamque eius clauo affixerint; quod vnam, vltra receptum numerum, chordam intẽdisset variandæ vocis causa 19, vt factum legitur apud Argiuos 20: Plato enim musicorum cantibus ait mutatis, mutari Ciuitatum status 21. Quin etiam nouum genus disciplinæ inuentum latinorum Rethorum displicuit: nam *hæc noua, quæ præter consuetudinem, & morem maiorum fiunt, neque placent, neque recta videntur* 22: cum nouatores, vt aliquid sui videantur afferre, etiam bona commutent 23; vnde noua etiam opera nunciationis edicto coercuere 24.

---

1 *Plin. lib.* 45. *c.* 10. *lib.* 36. *c.* 9. 10. 11. 2 *Iustin. lib.* 2. Heringius *Mantiss.* 2. *nu.* 29. 3 Herodot. *lib.* 2. *in princ.* Hering. *ibid.*. 4 Thucid. *lib.* 1. *bell.* Pelopon. *fol. mihi* 4. *Athen. dypnos lib.* 18. *c.* 31. Plut. *quæst. Rom.* 76. Senec. *in* Hippolit. *vers.* Sydus post veteres Arcades editum. *Alex. ab Alex. lib.* 5. *dierum genial. cap.* 18. 6 *Iuuen. satir.* 8. 7 Plin. *lib.* 35. *cap.* 2. 8 *Cassiod. lib.* 6. *var.* 13. 9 *Lactant. Firmian. de orig. error. lib.* 2. *c.* 6. 10 *Iustinian. in l.* 1. §. *tanta autem* 10 *de confirmat. digestorum.* 11 *Macrob. Saturn. lib.* 3. *cap.* 1.

12 *l. postlim.* 17 §. *filius quoque* 7. *vers.* quia disciplina castrorum antiquior. *ff. de captiu. Liu. lib.* 2. *vers.* antiquius consuli fuit. *Suet in Claud. c.* 11. *in Vitell. cap.*25. *in Vesp. cap.* 8. *Apul. in Apolog. Plin. lib.* 2. *ep. ad Caluis. vers.* mihi defuncti voluntas antiquior iure est, *&* *in Paneg. vers.* adeo nihil antiquius 13 *Cicer ad Attic. lib.* 1. *ep.* 1. *in princ. & lib.* 8. *ep.* 23 *propè fin.* 14 *Vide Arati phenomena, ibiq; Ciceron. Rufum Festū Auienum, ac præcipue Germanicum; præterea à Higinum Poeticòn Astronomicòn; atque Ouidium in metam.* 15 *Cic. lib.* 2. *de orat. & lib.* 1. *de legib. Macrob. Saturn. lib.* 3. *cap.* 2. *Liu. lib.* 9. *Sigon. de ant. iur. Ciu. Rom. lib.* 1. *cap.* 5. *Vopisc. in Tacito. Ger. Voss. de Hist. latin. lib.* 1. *c.* 1. 16 *Diodor. sic. l.* 3. *Bud. de Ass. lib.* 4. *fol.* 498. *Franc. Sansouin. in Coment. ad opera, licèt supposita Berosi, Metasthenis, & Manethonis* 17 *Suet. de clar. Reth. cap.*3. 18 *Val. Max. lib.* 1. *cap.* 1. *in fin. Lactan. Firmian. de ira Dei cap.*9. 19 *Plut. in Instit. lacon. fol. mihi* 396. 20 *Plutar. de music fol.*532. *Buleng. de theatr. lib.* 2. *c.* 38. 21 *Cicer. lib.* 3. *de leg.* 22 *Sueton. de clar. Rethor. cap.* 1. 23 *Quintil. lib.* 3. *Instit.* 24 *l.* 1. *& toto tit. ff. de nou. oper nunc.*

VTI-

VERBVM II.

VTILITAS.

NEc immeritos in eam honores contulere: nàm si Heroum benefacta merita compensantur diuinitate 1, quis Deorum maiora præstitit emolumenta mortalibus? ea enim vrbium gubernacula moderatur 2; vnde Ennius mera locutus Oracula inquit.

Moribus antiquis res stat Romana, virisque 3; mentem instruit deliberantis; animum intelligentis informat, qui consulit in rebus diuinis vetus, cum nouo, Testamentum, Patresque sanctissimos; in Physicis Platonem præcæteris, & Aristotelem; in geometricis Euclidem; in astrologicis Ptolemæum; in medicis Hippocratem, Celsum, Auicennam, atque Galenum; in geographicis Ptolemæum, Strabonem, Plinium, Melam, atque Solinum; in lyricis Pindarum, & Horatium; in epicis Homerum, Virgiliumque; in oratione Demosthenem, ac Ciceronem 4. Hinc perfectè Veterum institutis imbutus, *sentit vt Pythagoras; diuidit vt Socrates; explicat vt Plato; implicat vt Aristoteles; vt Eschines blanditur; vt Demosthenes irascitur; vernat vt Hortensius, æstuat vt Cetegus; incitat vt Curio; moratur vt Fabius; simulat vt Crassus; dissimulat vt Cæsar;*

ſuadet vt Cato; diſſuadet vt Appius; perſuadet vt Tullius; inſtruit vt Lactantius; adſtruit vt Auguſtinus; attollitur vt Hilarius; ſubmittitur vt Ioannes. Vt Baſilius corripit; vt Gregorius conſolatur; vt Oroſius affluit; vt Rufinus ſtringitur; vt Euſebius narrat; vt Eucherius ſollicitat; vt Paulinus prouocat; vt Ambroſius perſeuerat 5. Confert prætereà Vetuſtas ſenibus prudentiam 6, venerationem 7, prærogatiuam 8, militibus priuilegia 9, codicibus auctoritatem 10. Conſert Iuriſconſultis intelligentiam legum antiquis moribus, verbiſquè conceptarum 11; hominibus, non modò nobilitatem 12, non ſapientiam ſolùm; ſed ipſam humanitatem: quandoquidem eruditio, hoc eſt cognitio Antiquitatis, è rudibilitate, vt ità dicam, aſſerit homines in humanitatem. Atque vt cuncta breuiloquio compræhendam, QVID boni habent homines, debent Antiquitati, quæ *res omnes moderatur* 13, ac *parens artium eſt* 14; in quibus *nihil intentatum reliquit, nihil occultatum* 15, ac *nihil de ſe mendaciter prædicauit* 16: ea enim docente, ſerra vtimur ad diuidendũ; ad ſcindendum ſecuri; molaribus ad comminuendum; ad commenſurandum amuſſi; medicaminibus ad ſanitatem; ære ad commercia; nauigio ad fluctus impunè calcandos;

Obloquimur numeris ſeptem diſcrimina vocũ 16,

nec

nec ignoramus

Ære ciere viros, Martemq; accendere cantu.
Parcere subiectis ; & debellare superbos 17.

Eadem fecit aquas eximo surgentes præcipites cadere, ignem ponderibus currere, organa extraneis vocibus insonare, & peregrinis flatibus calamos compleuit, vt musica possint arte canere. Vidimus per eam *defensiones iam nutantium ciuitatum subitò tali firmitate consurgere ; vt machinamentorum auxilijs superior reddatur, qui desperatus viribus inuenitur. Per eam madentes fabricæ in aquam marinam siccantur ; dura cum fuerint ingeniosa dispositione soluuntur ; metalla mugiunt ; Diomedis in æra grues buccinant ; æneus anguis insibilat ; aues simulatè fritinniunt, & quæ propriã vocẽ nesciunt, ab ære dulcedinem probantur emittere cantilenæ. Pauca de illa referimus, cui cælũ imitari fas fuit: hæc enim fecit secundum solem in Archimedis sphera decurrere: hæc alterum zodiacum circulum humano consilio fabricauit : hæc lunam defectu suo reparabilem artis illuminatione monstrauit ; paruamque machinam, grauidam mundo, cælum gestabile, compendium rerum, speculum naturæ, ad speciem ætheris incomprehensibili mobilitate volutauit. Sic astra, quorum licet cursum sciamus, fallentibus tamen oculis prodire non cernimus : stãs quidẽ in illis transitus est, & quæ velociter currere vera ratione cognoscis, se*

mouere non respicis &c. Tunc fuit etiam facere homini quod vel intellectu potuit esse mirabile. Tunc Horologia destinata, quorum primum fuit vbi stylus diei index per vmbram exiguam horas consueuit ostendere; in quo radius immobilis, & paruus peragens, quod tam miranda magnitudo solis discurrit, & fugam solis æquiparat, quod motum semper ignorat &c. Secundum fuit vbi præter solis radios hora dignoscitur, noctes in partes diuidens: quod vt nihil deberet Astris, rationem cœli ad aquarum potius fluenta conuertit; quorum motibus ostendit quod cœlum voluitur, & audaci præsumptione concepta, ars elementis confert, quod originis conditio denegauit. Tunc mechanisma fecit ferreum Cupidinem in Diana templo sinè aliqua alligatione pendere, muta cantare, insensata viuere, immobilia moueri &c. [18]

An non *tenemus ab Orpheo plectrum, ab Esculapio baculum, ab Archimede radium, ab Euphrate horoscopium, à Perdice circinum, à Vitruuio perpendiculum? An non inuestigamus cum Thalete tempora, cum Atlante sydera, cum Chrisippo numeros, cum Euclide mensuras* [19]? Ab Ægiptiis per Phenices, Græcosque literas obtinuimus [20]. A Iudæis vsum pensilium lychnorum, & lucernarũ, sacra nudidipedalia, vestesque Sacerdotii desumpsimus [21]. Oscilla, tabellas [22], choreas, ludos [23], scenas,

nas, earumque miranda [24], funambulos, feſtorum conuiuia; natale ſacrorum, ſeptemdialia, ac nouemdialia ſacra [25], Sacrificia, apotheoſes [26], à Græcis, Romanique mutuauimus.

Quod Kalendis Maij Iuuentus lætabunda floribus ornata, frondibuſque vagetur, à Flora deſumpſimus, quæ menſe maio colebatur [27]; Pueriles, quæ martio menſe geſtantur faces, à Cerealibus; à Saturnalibus quòd Natalitia Dominica minimi in Dominos habent poteſtatem [28]; temulentam in vindemijs linguæ procacitatem ab Heliogabalo [29]; inueteratam delirandi licentiam, vel ab Hilaribus [30], vel à Quinquatrijs minoribus [31], & Megalenſibus hauſimus, in quibus homines perſonati per Vrbem incedebant [32].

Quod ſcimus Deum eſſe omnium opificem rerum, qui cæli luminoſa culmina, maris ſalubria flamina, inferùm deplorata ſilentia, nutibus ſuis diſpenſat; mundum eſse cæli, terræque ſocietatem, ornatamquè rerum omnium ordinationem; Cælum Deorũ domũ, diuinis corporibus onuſtũ, ignibus pulcherrimis, ac pellucidis ornatum; cũ quibus fertur per orbem noctium, dierumque curriculis, agens ſtellarum choros intermino lapſu, finem nulla æuũ defectione factura; Cælo aerem coniungi; huncquè

natura variabilem; in nubes cogi, & reciprocis flabris aperiri; imbribus vehementibus rumpi; nivibus etiàm, & glacie inhorrescere; præcipiti grandine desuper verberari; turbine, flatibus, typhonisque conflictu fieri procellosam, telis fulminum, & missilium cælestium iaculis igneſcere 33.

Terram aeri copulari, eamquè medio loCOnsistere, globosam, atquè rotundam; zonis, climatibusque distingui; terræ motibus inhorrescere, subterraneis ignibus accendi; in se Maria suscipere, atquè animantibus frequentari; homine præcipue, qui rerum est omnium mensura 34, exemplar vniuersi 35, Mundi epithome 36, ac microcosmos 37: eius enim in anima Deus Cælum figurauit incorruptibile, Solem vitali, Lunam animali 38, Mercurium appræhensiuæ, retentiuæ Saturnum, Martem irascibili, concupiscibilem Veneri connectens. Hinc Planetas vniuersos, signaque manibus imposuit, vt vanis videtur Chiromantibus 39, fronti secundum Metoposcopos 40, aptisquè corporis, partibus, vt fert Astrologorum sententia 41. Corporis in humoribus elementa dispositi; caua mare, cæteris in venis flumina cohercens; arteriarum motu fluxum, atquè refluxum; ossibus saxa; terram cute; arbores, fructiresquè pilis, & capillitio

litio repræſentans 42. Hinc homo tonat ſpiritu, fulgurat aſpectu terribili, gelido timore conſtringitur, mente tumet ambitioſa, nimio torpeſcit humore, igneſcit ira præcipiti, lacrymis pluit inceſsãtibus, humorũ eluuione ſuffocatur 43. Quin enim belluas omnes animi, corporisq; qualitatibus refert 44, veraſq. rerũ, animantiumque partes quãdoque monſtrat in homine, licet errare videatur, natura.

Propterea trãsformatricem apud Gentilitatem, admiranda rerum myſteria fabulis inuoluentem ſuis 45, quaſi omnia eſſet humanitas, ſcintillat inter ſydera Cæſar; aues inter crocitat Coronis; laſciuit Arne; glotorat Antigone; ſalutant Pierides; noctiuaga gemit Nyctimene; ſua cantat funera Cycnus, Abaſque; Perdix cacabat; Semiramidis filiæ pipant, clangit Pygmea: luctifer Aſcalaphus gemit; æquora tranquillat Alcyon, ac Ceyx; pia peregrinatur Aſterie; interque cæteras volant Scylla, Memnones, Meleagrides, Alcmon, Alcithoe, Ardea, Cincus, Combe, Dedalus, Ida, ac ſocii Diomedis; ſtillant, perenni fonte Marſyas, Egeria, Byblis, Cyane, Arethuſa; fluunt amne præcipiti Achelous, Aciſque; viuum Hirie dilatatur in lacum; natantes ſaliunt inter piſces Dirie, Æſacuſquè; Lycii cum ranis coaxant; inter

inſulas emergunt Icarus,ac Naiades Nimphæ;minaces inter ſcopulos acuitur Lychas, ac Scyron;belluas inter rugiuntHippomenes, & Atalanta; latrant Hecuba, ac Mæra;mugiunt Io, Coæ, atq; Ceraſtæ;ſibilat Cadmus texit Aracne; dintrit Galantis; vncat Caliſto; corniger glocitat Actheon; ouirapax vlulat Lycaon; hinnit Ocyroe; homines,ſimi Cercopes imitantur;frugiferi prouident Myrmidones. Et quia mobilis arbos, inuerſaque dictus homo 46, terræ coaleſcunt in arbores, olens Myrrha, conifer Atys; odorifer Cypariſſus; Daphne coronis apta; Philemon, cum Palemone annoſa; Baucis robuſta; Dryope aquatica, ac bicolores Phaerontiades; blandos odorant inter flores Hiacynthus, Crocus, Smilax, Clytia, atque Narciſſus; redolet Mynte; ſonoram deſinit in arundinem Siringa; reſonat flebilis Echo conuallibus; ancipites etiam inter fungos enaſcuntur Curetes; in montes eleuantur Atlas, Hemus, & Rhodope; rigidos denſantur in lapides, vnde primum homines prodierunt 47, Aglauros,Anaxerete, Battus, Phineus, Cephenuſque, Prætus, Olenus, Lethea, Daphnis paſtor, Niobe, Polydectes: nitido ſplendeſcit in adamanteCelenus, vnuſque tandem Proteus, vt cæteros conſul-

ſultò prætermittam, innumeras in ſpecies rerum legitur transformatus 48. Propterea forſitan animarum in quælibet corpora tranſmigrationem Pythagoras excogitauit; a fabis quoquè homines abſtinere præcipiens 49. Hæc omnia ſexcentaque alia debemus Antiquitati: ea enim deſumpſimus à Thalete, Eudoxo, Anaxagora, Democrito, Pythagora, Empedocle, Platone, Ariſtotele Lucretio, Virgilio, Ouidio, Seneca, Apuleio, alijsquè vetuſti ſapientibus æui: nam *Nullum eſt iàm dictum, quod non dictum ſit prius* 50; ac non ſinè hebraica, greca, latina antjquiſſimis linguis 51.

Nec tantum Vetuſtas profecit inuentis; ſed ſui recordatione: nam *maiorum imagines intuentes animum ſibi vehementiſsimè ad virtutem noſcunt accendi, ac memoria rerum geſtarum flammam in pectore creſcere; nec prius ſedari, quam virtus eorum famam, atq; gloriam adæquauit* 51. Tanta propter beneficia debent homines Antiquitati, quod ſimiles non ſunt ei, qui deſcribitur ab Arnobio 52; vndè meritò ſuprà mos ei perſoluere diuinitatis honores. Qua ratione VETVSTALIA non ſtatuere Vetuſtati, vt Cereri Cerealia, Veſtalia Veſtæ; ipſæquè Rubigini Rubigalia: non enim eſt certis diebus; ſed ſemper veneranda Vetuſtas: nec

vllum ei posuere Templum corruptibile,

Vt colitur Pax, atque Fides, Victoria, Virtus,
Quæque salutato crepitat Concordia nido 54;

vt ei pro templo, velut ei, quem verum dixere Deum, non cælum tantùm, vbi inter sydera residere dignoscitur; sed orbis esset vniuersus 55; eiquè velut astris, ac stellis volucres 56, volucres hominum animi, mentesquè immolarentur.

---

1 *Cic. in somn. scip. Macrob. ibid. lib.* 1. *cap.* 4. *Plin lib.* 7. *cap.* 37. *lib.* 25. *c.* 1. *Arnob. adu. gent. lib.* 1, *fol.* 18. *Minuc. Fæl. in Octauio vers.* similiter verò erga Deos *Sidon. lib.* 6. *epist.* 12. *Senec. in Octau. actu.* 2. *scen.* Perage imperata. *in Herc. Oeth. in fin. Horat. carmin. lib.* 3. *od.* 3. *Isocrat. in panegir. fol. mihi* 100. *Lact. Firmian. lib.* 1. *cap.* 25. 2 *Isocr. in paneg.* 3 *apud. Cic. lib.* 5. *de Repub. Isocr. ad Demonic.* 4 §. *Ius quidem ciuile Instit. de Iur. nat. gent. & ciuili* 5 *Sidon. lib.* 4. *ep.* 3. 6 *Tob. c.* 12. *l. clarum C. Auct. præst. l. fin.* §. *filij ff. bon. quæ lib. cap. quibusdam in fin. dist.* 20. 7 *l. semper in ciuitate ff. iur. immun. Gell. lib.* 2. *c.* 15. *Val. Max. lib.* 2. *cap.* 1. *Tob c.* 32. *vers.* 7. 8 *c. statuimus dist.* 61 *cap. nisi cum pridem* §. *alia verò causa extr. de renunc. l. si chorus* §. *pr. ff. leg.* 3. *l.* 2. *C. offic. magistr. off. cap.* 1. *de contro. feud. in vs. feud. Eccl.* c. 32.

*c.*32.*Paleott. de bon.ſenect.* 9 *Caſsiod.var. lib.*6. *ep.* 13. *Lipſius de Militia Romana lib.* 5. *l.*8.*ff, excuſ.tut.l. munerum* 18.*ff. mun. & honor. l. viginti la ſeconda C.de re milit. l.*4. *cum ſeqq.*C. *veteranis lib.*12. 10 *Eſter.cap.*16.*verſ.* 7. *Eſdræ lib.*1.*cap.*4.*verſ:*14.18. *& ſeqq. cap. cum cauſam* 13.*de probat.cap. ad audientiam* 13.*de præſcript.* 11 *princ.tit.Inſtit.de teſtam. verſ.* ſed vt nihil Antiquitatis *Auth.de Procõſ.Cappad.in princ.* 12 Horat. *Carm. lib.* 1. *od* 1. *verſ.* 1. *& lib.*3. *od.* 17.*verſ.*vetuſto *Boet. de conſolat. Philoſoph lib.* 2.*metr.*7.*verſ.* & magna titulus, *& lib.*3 *metr.* 6. *verſ.*quid genus, & proauos ſtupitis, *Iuuen.ſat.*8. *Caſſan. Catal.glor. mund.p.*8.*conſid.*6. 13 *Caſiod.var. lib.* 11. *Ep.*38. 14 *Macrob.ſat. lib.p.cap.*5. 15 *Plin.lib.*23.*cap.*6.*lib.*25.*c.*1. 16 *Solin. Poliſtor. cap.* 4. 16 *Virgil.*6. 17 *Virgil. ibidem* 18 *Caſsiod.lib.* 1. *var. Ep.*45. 19 *Sidon. lib.*4.*Ep.*3. 20 *Tacit. Ann.* 11. *verſ.* Primi per figuras animalium Ægyptii 21 *Polyd. Virg. de inuent.rer lib.*6.*c.* 10.*&* 11. 22 *idem lib.*5. *c.* 1. 23 *ibidem c.* 2. 24 *Crinit. de honeſt. diſcip.lib.* 2.*c.*10. 25 *Polyd.Virg.d.lib.*6.*c.*9.*&* 10. 26 *id.lib.* 1.2. 27 *id.d.c.*3. 28 *ibidẽ* 29. *Lãprid.in* Heliog. 30 *Bud. de Aſſe lib.*5. 31 *Cenſorin.de Die nat.c* 12. 32 *Polyd. ibidem vide latè Polyd. Virgil. lib. de inuent. rer. Plin. vbiquè præcipuè verò lib.* 7.*c.*56. *Sidon Apoll.lib.*4.*Ep.*3. *Alex.Sard.de rer. Inuentor.* 33

Apul.de Mund. 34 *Pythag.apud.Andr. Laurent. in Histor.anatom.lib.*1. *cap.*1.*in princ.* 35 *ibidem Theophrast.* 36 *Plin. ibidem* 37 *Macr.in Somn. Scip.lib.*2.*cap.*12.*Solin.Polystor.cap.*4. 38 *Ptolem. sent.*86. 39 *Io.Taisner.Tricass. Io. de Indagine Card.de variet.rer.lib.*15.*c.*79. 40 *Taisn.Spuni.* 41 *Ptolem.Quadripart.lib.*3.*c.*17.*Marc.Manil. Astronomicon.lib.*1.*&* 4.*Crinit.lib.*12.*cap.*2. 42 *Osuald.Croll.de signat.intern.rer.fol.mihi* 64. 43 *Croll.ibidem* 44 *Aristotel.in physiognomicis c.* 9. *Polem. Adamant. Io. Baptista Port in Physiognom.* 45 *Platolib.*2. *de rep. Dyonis. Halicarn. lib.*1.*Ant.Rom. Natal.Com. Mithol. lib.*1.*cap.*2. *&* 10. *Marc.Anton.Triton.de fabul.*46 *apud Plat.* 47 *Ouid.lib.*1.*Metam.*48*latè in lib.Metã.*49 *Ouid. Metã.lib.*15.*Diogen Laert.de vit.Philosoph.lib.*8. *Lucian.in Gallo* 50 *Terent.in Prolog. Eunuchi* 51 *Lud.Viu.de trad.disc. lib.*3. 52 *Salust.de bell. Iugurt.fol.*59.*Iuuen.sat.*8.*Plin.lib.*35.*cap.*2. 53 *lib.*2.*adu.gen.fol. mihi* 50. 54 *Iuuen.sat.* 1. 55 *Macr.in somn. Scip. lib.* 1. *c.* 14. 56 *Higin. apud Macr.satur.lib.*3.*c.* 8. *Vid. Macr. in somn. scip. Plin.lib.* 2.*Hist. per tot.& lib.* 7. *per tot. Platon. Arist.Lucret.Diog.Laert. de vit. Philosoph. Senec. præcipuè in quest.natur. Apul.lib. de mund. & de Philosoph.*

PRÆ-

PRAEROGATIVA.

O Venerabilem Vetuſtatem ; tibi noſtrum nullo modo comparatur æuum, quod rerum omnium fato ineuitabili ad interitum properans [1], defloccatum, ac tempore dentifrangibulo comminutum, vegetos iuuentutis ſenſus amiſit, ac quaſi repuerascens, lumbique fragium paſſum, *licèt mouere lacertos hodiè videatur, ac præter ſpem omnium, quaſi reddita iuuentute, reuireſcere* [2]; negari tamen non poteſt, quin Antiquorum præceptis, quaſi curatoris egens, ſuam confirmet infirmitatem.

Damnoſa quid non imminuit dies!
Aetas Parentum peior Auis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitioſiorem. [3]

Sum ex ijs, qui mirer Antiquos; non tamen, vt quidam, temporum noſtrorum ingenia deſpicio, neque enim adeò laſſa, & effæta natura, vt nihil iam laudabile pariat [4]: quandoquidem *Lampridius legebat Auctores inceſſanter, cum reuerentia antiquos, ſinè inuidia recentes* [5]: noui tamen noſtrum, laudandum licèt æuum, vileſcere melioris comparatione Vetuſtatis. Neque hoc ab opinione, inuidiaque deſcendit

6; *aut vitio malignitatis humanæ, vt vetera semper in laude, præsentia in fastidio sint* 7; sed ab ipsa veritate; Vbi enim nunc antiqua ætas 8, vires, immaniaq; hominum corpora 9; *quorum ossa, varijs in Regionibus eruta, vix repertoribus fecerunt fidem humanorũ reliquias esse membrorũ* 10? *Instar infantium æui præsentis homines sunt, si ad Vetustatem conferantur* 11. *quis enim æuo isto non minor suis parẽtibus nascitur* 12? vbi pietas, & virtus antiqua 13? vbi Thaumatopeij, *qui omni humore interdixere corporibus, didicere tenuissimis, & aduersis funibus currere, & ingentia, vixque humanis toleranda viribus, onera portare; & in immensam altitudinem mergi, ac sinè vlla respirandi vice maria perpeti* 14? vbi qui

inter procula læti
Mollibus in pratis vnctos saliere per vtres 15?

qui sic agilitate conspicui; vt per supinos pueros currant innocui 16; atque *ità supra cauum puluerem cursitent, vt arenis pendentibus, nulla indicia relinquant vestigiorum*, vt Ladas magni cursor Alexandri 17? adeò leues, vt comparentur Camillæ, cum

vel intactæ segetis per summa volaret
Gramina; nec teneras cursu læsisset aristas,
Vel mare per mediũ fluctu suspensa tumenti
Ferret iter; celeres nec tingeret æquore plãtas. 18

18? Vbi muſices ipſa 19, non ſonora modò; ſed muta 20; ciuſque varia inſtrumenta 21? vbi nunc exercitus potu exhauriens flumina, vt ille Xerſis 22? vbi ampliſſimi Vetuſtatis Oratores, qui in cauſidicos degenerauerunt 23? vbi Grammaticorum genus, quos Literatos dixere, *quorum prætia tanta, mercedeſq; tàm magnæ; vt conſtet Lutatium Daphnidem ducentis millibus nummùm Q. Catulo emptum, ac breui manumiſſum; L. Apuleium ab Eficio Caluino Equite Romano prædiuite quadringentis annuis conductum* 24: cum vix hodiè Grammatiſtæ, & Literatores ſuperſint 25? Vbi ſolida Philoſophorum ſecta; ſi ſophiſtæ ſolùm remanſere 26? Vbi Leguleij, ac Iuris conſulti, quorum â reſponſis non erat licitum Iudici recedere 27, ſi ad Legiſtas, Iuriſtasſque deuentum eſt 28? Vbi veterum balinea, quorum cauſa exclamauit Seneca 29. *Pauper ſibi videtur, ac ſordidus laxator, niſi parietes magnis, & prætioſis orbibus refulxerunt; niſi Alexandrina marmora Numidicis cruſtis diſtincta ſunt; niſi illis vndique operoſa, & in picturæ modum variata circumlitio prætexitur; niſi vitro abſconditur camera; niſi Thaſius lapis quondam rarum in aliquo ſpectaculũ templo, piſcinas noſtras circumdedit, in quas multa ſudatione corpora exinanita demittimus; niſi aquam argen-*

tea epiſtomia fuderunt, & adhuc plebeias fiſtulas loquor. Quid cum ad balnea libertinorum peruenero! quantũ ſtatuarum, quantũ columnarum eſt nihil ſubſtinentium; ſed in ornamentum poſitarum impenſæ cauſa? quantum aquarum per gradus cum fragore labentium? Eò deliciarum peruenimus, vt niſi gemmas calcare nolimus. Quid ſi de Imperatoriis balineis, thermiſque diſſeruiſſet? in quibus, pauca referendo, calidis, frigidiſque vnguentis Nero 30, atque Caligula 31, Sabina Aſinarum lacte, lauabantur 32. Vbi qui *in immenſam altitudinem crocum latentibus fiſtulis exprimant; qui Euripos ſubito aquarum impetu implent, aut ſiccent; verſabilia canationum laquearia ità coagmentat, vt ſubindè alia facies, atque alia ſuccedat, & toties tecta, quoties fercula mutantur* 33? Vbi Lucullo ſimilis natator, qui (*horribile dictù*) *per medias hoſtium naues vtre ſuſpenſus, & pedibus iter adgubernans, videntibus procul, quaſi marina piſtrix euaſerat* 34? Vbi veterum vſus machinarum, è quibus emiſſa ſaxa talenti pondus æquantia vltra ſtadii modum torquebantur; quorum tanta vis erat, vt horrenti fragore tonantia; minas auferrent murorum; frangerent angulos turrium; vſque ad extremam aciem milites proſternerent, quamuis fortiter cõſtipatos; hominis per

cussi caput ad tertium vsque stadium pertulerint; ac fœminæ prægnanti scisso vtero infantem vsq; ad dimidium stadium abegerint 35? Vbi *Memnonis saxea effigies, quæ radijs solis icta, vocalẽ sonum reddat* 36? Vbj θαυμάτα circi, scenarum, amphitheatri? vbi Romæ vetus amplitudo, in qua constat esse collecta *decem millia pondo aranearum*, 37?

Vbi vnum, quod miretur orbis, ædificium 38, nisi nunc ~~iis~~ adnumeremus diui Petri Basilicã, quã magnificè cõditã, extulit Sixtus V. Paulus V. ampliauit; Alexander tandem VII. antiqua reddens ædificia Circi, columnis in orbem positis, alter Hercules, læto, fixoque sydere, suoque insculpto ad perpetuam fælicitatem nomine 39, terminauit.

Licet tantum alienas ſpectare virtutes 40. Propterea Galaton Pictor Homerum finxit euomentem, reliquos verò Poetas ea, quæ ipſe euomuiſſet haurientes 41: Hac ratione inquit Horatius.

Pindarum quisquis ſtudet æmulari
Iule ceratis ope Dedalæa
Nititur pennis, vitreo daturus
Nomina Ponto 42.

Hinc Plautus de Comedia loquens ait 43.

Qui vtuntur vino vetere ſapientes puto,
Et qui libenter veteres ſpectant fabulas.
Antiqua opera, & verba, quum vobis placent
Aequum placere eſt antè veteres fabulas:
Nàm nunc nouæ, quæ prodeunt, comediæ,
Multò ſunt nequiores quàm nummi noui.

Quãdoquidẽ cõſtat *ſuper omnibus negocijs melius, atque rectius olim prouiſũ, & quæ conuertuntur in deterius mutari* 44. vnde ſunt *in minimis quoquè rebus omnia antiquæ conſuetudinis momẽta ſeruanda*; eorumque mutatio eſt ſolùm ex neceſſitate conceſsa; quiâ nempè *nocet priſcus rigor, & nimia ſeueritas, cui iam pares non ſumus* 45. Meritò *dùm honorificè de aliquo ſentimus, parem, vel proximum Veteribus eſſe profitemur* 46; qui ſuo tanquam proximiores initio, Deo videlicèt, vel maiorem obtinuere perfectionem, vel minus ab ea receſſerũt.

Viui-

Viuidior profectò natura meliores olim produxit effectus: non in aquis modò, Cleopatræ nẽpè maximos vniones 47; purpurã 48, vndè Encauſtũ 49; Terraq; byſſum videlicet 50, amomum, coſtum, malobatrum, myrrham, ſtactem, bdellium, caſſiam odoratam, laſerem, folium barbaricum 51, cinnamomum 52, balſamum 53, murrhina 54, ſpecularia 55, lapides obſidianos 56, auricalchum 57, azzalum indicum 58, Pyrrhi nobilem achatem 59, cæteraque quamplurima 60.

Sed etiam in homine, celebritatem conferens pleriſque proceritatis 61, roboris Tritano, Iulio, Valenti, Fuſio Saluio, Athanato, Miloni, Titormo 62, Nicoſtrato 63: fortitudinis Licinio Dentato, M. Sergio, Cæſari, Marcello, Pompeio, T. Manlio Capitolino 64: velocitatis Aniſtidi, Philonidi, Ladæ, Polymneſtori, Philippidi: viſus Straboni, Callicrati, Mirmecidæ 65: memoriæ Cyro, L. Scipioni, Cineæ, Mitridati 66.

Ac tandem ingenii; vnde potuerunt erigere obeliſcos 67, atque pyramides Agyptii Reges 68, mauſoleum Artemiſia 69; ſphingem Amaſis 70; coloſſum Rhodi Chares Lindius 71; columnas Traianus præcipuè, & Antoninus 72;

Condere muros Babylonis ampliſſimæ Se-

myramis, *quæ capta cum esset ab hostibus, ferum partem aliquam eius ciuitatis tertia die nondum aliquid sensisse* 73; pensilem Thebarum vrbem *ambitiosa meniũm strue, & portarum centum quondam aditibus celebrem* Busyris 74.

Templum Hierosolymæ Salomon 75, Dianæ Ephesiæ Cherſiphon Architectus *ducentis viginti annis factum a tota Asia*, eius *longitudo* CCCCXXV. *pedum, latitudo ducentorum viginti: columnæ centum viginti septem à singulis Regibus factæ, quadraginta pedum altitudine: ex ijs triginta septem celatæ, vna à Scopa* 76; Pantheon Agrippa *velut regionem teretem speciosa celsitudine fornicatam, elatisque vertice scansili suggestus Consulum, & priorum Principum imitamenta portantes* 77: Pacis Vespasianus *pulcherrima operum, quæ vnquam* 78; Labyrinthos, Ægypti Psammetichus, Cretæ Dædalus, Lemni Zuilus, Rholus, & Theodorus, Etruriæ, Porsena Rex 79.

Theatrum Pompeius, Marcellus, ac præcipuè Scaurus, Curioque, quorum primus *fecit in ædilitate sua opus maximum omnium, quæ humana manu facta, non temporaria mora, verùm etiam æternitatis destinatione: Scena ei triplex in altitudine* CCCLX. *columnarum: ima pars scenæ è marmore fuit. media è vitro inaudito etiam postea genere luxuriæ: summæ tabulis inauratis columnæ:*

imæ

imæ duodequadragenum pedum. Signa ærea inter columnas fuerunt tria millia numero: cauea ipſa cepit hominum lxxx *millia. Sed & reliquus apparatus tantus Attalica veſte, tabulis pictis, cæteroque choragio fuit; vt in Tuſculanam villam reportatis quæ ſuperfuerant quotidiani vſus delicijs, incenſa villa ab iratis ſeruis cremaretur ad* H S *millies.* Alter verò *theatra duo iuxtà fecit ampliſsima è ligno cardinum ſingulorum verſatili ſuſpenſa libramento; in quibus vtriſque antemeridiano ludorum ſpectaculo edito inter ſe auerſis; ne inuicem obſtreperent ſcenæ, & repentè circumactis, vt contra ſtarent: poſtremo iam die deſcendentibus tabulis, & cornibus inter ſe coeuntibus faciebat Amphitheatrum, & gladiatorum ſpectacula edebat, ipſum magis auctoratum Populum Romanum circumferens* 80.

Cloacam maximam Tarquinius Priſcus *operum omnium dictu maximum, ſuffoſsis montibus, & vrbe penſili, ſubterque nauigata* 81. Aquæductus Marcius, Agrippa, Claudius, quorum cauſa *ſi quis diligentius æſtimauerit aquarum abundantiam in publico, balneis, piſcinis, domibus, euripis, hortis, ſuburbanis, villis, ſpatioque aduenientis, extructos arcus, montes perfoſſos, conualles æquatas, fatebitur nihil magis mirandum fuiſſe in toto orbe terarum* 82;

Thermas, & *lauacra in modum prouinciarum*

extructa Agrippa, Nero, Titus, Traianus, Antoninus, Alexander, Commodus, Septimius, Diocletianus, Decius, Constantinus [83].

Naues Ptolemæus, Hieron [84], atque Caligula, qui *fabricauit, & de cedris liburnicas gemmatis puppibus, uersicoloribus uelis, magna thermarum, & porticuum, & triclinionum laxitate; magnaque etiam uitium, & pomiferarum arborum uarietate; quibus discumbens de die inter choros, & symphonias litora Campaniæ peragraret* [85].

Pontes Xerses, *qui non sine admiratione Hellespontum contabulauit* [86]; Caligula, qui *Baiarum medium interuallum, & Puteolanas moles, trium millium, & sexcentorum ferè passuum ponte coniunxit; & contractis undique onerarijs nauibus, ordine duplici ad anchoras collocatis; superiectoque aggere terreno, ac directo in Appiæ uiæ formam. Per hunc pontem ultro citroque commeauit, biduo continenti: primo die phalerato equo, insignisque quercica corona, & securi, & cetra, & gladio, aureaque clamyde: postridiè quadrigario habitu, curriculoque biiugi famosorum equorum, præferens Darium puerum ex Parthorum obsidibus, comitante Prætorianorum agmine, & in essedis cohorti amicorum* [87]; atque Traianus, qui *lapideum pontem in Istro fecit*

opus ſanè mirandum, & maximè memorabile, cui cætera illius opera vix adæquare poſsis. Viginti ſunt ex quadrato lapide pilæ, quarum altitudo centum, & quinquaginta pedum, præter fundamenta, habetur: latitudo ſexaginta pedes continet; diſtant inter ſe centum ſeptuaginta pedibus; fornicibus verò coniunguntur: impenſa profectò ingens, & vix credibilis. Sed illud mirari conuenit quanam ratione, & quibus viribus, quoue artificio in illa gurgitum altitudine, tamque præcipiti fluuio, tùm ſingulæ columnæ extrui valuerint, tantarumque molium fundamenta ſtabiliri, ſed & vada limoſa erant, neque amnis aliò auerti poterat 88. Naumachiam, Cæſar, Octauianus, Claudius, Nero; Domitianus 89, *Cizici delubrum* alter, *in quo filum aureum commiſſuris commiſſum omnibus politi lapidis ſubiecit artifex* 90. *Hephaphoron* alius, *ſeu porticum Olimpiæ, vbi arte mirabili ſeptiès vox reddebatur* 91. Quidã *ædificium amplum ſinè ferreo clauo ità diſpoſita conigxatione; vt eximerentur trabes ſinè fulturis, ac reponerentur: quod item Romæ in ponte Sublicio religioſum fuit, poſtquam Coclite Horatio defendente egrè reuulſus eſt* 62. *Titus Amphitheatri molem ſolidatã lapidis Tiburtini compage, ad cuius ſummitatem egrè viſio humana conſcendit* 93. Forum Tarquinius Priſcus, Iulius, Auguſtus, Nerua, ac præcipuè Traianus *ſingularem ſub omni*

Cælo

Cælo sui fori *structuram, vt opinamur, etiam Numinum assensione mirabilem* 94. Aggeris *vastum spatium, & substructiones insanas Capitolij* Tarquinius 95: Arcus S.P.Q.R. Ducibus suis, & Imperatoribus 96: Bibliothecas Ptolemęus Alexandriæ 97; Eumenes Pergami 98; Augustus, Paulus, Vlpius, Marcellus, similesq; Romę 99: Basilicã Iulius Cæsar 100: Molem Adrianus. 101: Domum Regiam Cyrus 102, auream Nero, *cuius vestibulum fuit, in quo Colossus centum viginti pedum staret ipsius effigie; tanta laxitas, vt porticus triplices milliarias haberet: item stagnum maris instar circumseptum ædificijs ad vrbium speciem. Rura insuper aruis, atque viretis, & pascuis, siluisque, varia cum multitudine omnis generis pecudum, ac ferarum. In cæteris partibus cuncta auro lita, distincta gemmis, vnionumque conchis erant. Cænationes laqueatę tabulis eburneis versatilibus; vt flores ex fistulis, & vnguenta desuper spargerentur. Præcipua cænationis rotunda, quæ perpetuò diebus, ac noctibus, vice mundi, circumageretur: balineæ marinis, & Albulis fluentes aquis* 103:

Sternere vias Appius, Æmilius, Flaminius 104: impossibilia quoque tentare Ptolemæus fossa à Nilo ad mare rubrum 105; Nero Isthmi fossione 106; vnione Tigris, & Euphratis Traianus; Vetus *Mosellam, atque Ararim*

facta inter vtrumque fossa connectere, vt sublatis itinerum difficultatibus nauigabilia inter se occidentis, septentrionisque littora fierent 107: atque promittere se statuam ex Athomonte statuturũ Alexandro Stasicrates 108. Breuiter *nihil tàm efficere concupiscere, quàm quod posse effici negaretur. Iactæ itaque moles in festo, ac profundo mari; excisæ rupes durissimi silicis, & campi montibus aggere æquati, & complanata fossuris montium iuga, incredibili quidem celeritate: cum morę culpa capite lueretur.* 109,

Eiusdem ingenii celebritate valuit talem Gnidis sculpere Venerem Praxiteles: vt vsque ad incestum commouerit adolescentem 110: talem bonæ Fortunæ statuam Anonimus ad Pritaneum, vt iuuenis impotens eam, quã deperibat, ab Athenienſibus obtinendi, eius inter amplexus expirauerit 111: talem Buculam Dædalus, vt eam Taurus inscendere non dubitauerit 112: ac Mirõ; vt boatu, quasi dicã intelligibili, exclamauerit apud Ausoniũ 113.

Bucula sum Cælo genitoris facta Mironis
Ærea; nec factam me puto, sed genitam.
Sic me taurus init: sic proxima bucula mugit:
Sic vitulus sitiens vbera nostra petit.
Miraris quod fallo gregem? gregis ipse magister
Inter pascentes me numerare solet.

Tales Zeuxis vuas, vt volucres: tales equos

Apelles, vt bruta: Parrhasius talem linthe-
um, vt Zeuxim falleret: talesque hic Hopli-
tides, vt eorum *alter in certamine ità decurrens sudare videretur, alter arma deponens anhelare sentiretur* 114: idemque vetulæ deformitatem ità coloribus delineauit, vt effusum prorum-
pens in risum animam efflauerit 115: talem Ialisum Protogenes, vt Rhodum ab incen-
dio tueretur 116: talem Venerem Apelles Anadyomene, vt eius inferiorem partem corruptam qui reficeret non potuerit repe-
riri 117; talemq; Venerẽ Cois inchoatã reli-
querit, *vt qui succederet operi ad præscripta linea-
menta inuentus non esset*: talem Alexandrum fulmen tenentem, vt eius *digiti eminere viderẽ-
tur, ac fulmen extra tabulam esse* 118. Ita pin-
xit Aristides Thebanus, vt vnam eius tabulam centum talentis fuerit Rex Attalus licitatus 119: ità Timochares, vt eius Medeam, & Aiacẽ octoginta emerit Cęsar: ità Bularchus, *vt Candaules picturã Magnetum exitij media-
cris spatij pari rependerit auro* 120: ità Apel-
les, *vt manu pretium tabulæ Alexandri in nũ-
mo aureo mensura acceperit, non numero* 121.

Eodem sic tandem excelluit Pseusippus, vt eius pauculos libros tribus talentis emerit Aristoteles 122: ità idem Stagirita, vt octo-
ginta talenta pro historia animalium fuerint

ei

ei numerata [123]: adeò Isocrates, vt viginti talentis vnam vendiderit orationem [124]: adeò Pindarus, vt etiam mortuus familiam, & Penates conseruauerit suos [125]: adeò Thucydides, vt ipsum Athenienses ad historiam scribendam ab exilio reuocauerint [126]: adeò Menander, vt ab Ægypti, & Macedoniæ Regibus fuerit solemni accitus legatione: adeò Posidonius, vt Pompeius bello Mithridatico eius domum intraturus *fores percuti de more à lictore vetuerit*, *& fasces lictorios eius ianuæ submiserit* [127]: adeò Plinius auunculus, vt collectanea sua quadringentis millibus nummũ vendere noluerit [128]: adeò Virgilius, vt viginti duobus compositis versibus sexti Æneidos dena sextertia pro singulis acceperit [129], vt ipse *Populus auditis eius in theatro versibus surrexerit vniuersus, & fortè præsentem, spectantemque fuerit veneratus sic quasi Augustum* [130], eiusque *D. Augustus carmina cremari contra testamenti eius verecundiam vetuerit* [131]: ità Sophocles, Euripides, Eschilusque vt eorum tantùm exemplarium descriptio Athenienſibus annonæ penuriam ademerit [132]: adeò Homerus, vt eius Ilias viatici fuerit instar Alexandro [133], cui retinendæ auream, prætiosissimamq; Darij Pyxidem consecrauit [134]; vtque, pro eo sibi vindicando, septem Vr-

bes contenderint 135.

Eodē ità Titus Liuius excelluit ; vt eius ſolo nomine,& gloria potius,quâm Romanæ vrbis ſplendore commotus fuerit Gaditanus,vt Romam pergeret 136: Ità ſcripſit Pō-pilius Andronicus Grammaticus ; *vt coactus* fuerit *præcipuum illud opuſculum annalium elē-chorum ſedecim millibus nummùm cuidam vendere* 137:Eodem Rēmius Palemon agros adeò coluit, *vt vitem manu eius inſtitutam ſatis conſtet trecenta quinquaginta vaſa edidiſſe* 138. Delitijs ita valuit Gallienus,qui verè *cubicula de roſis fecit ; de pomis caſtella compoſuit ; vuas triennio ſeruauit, hyeme ſumma melones exhibuit; muſtum quemadmodum toto anno ſeruaretur edocuit;ficus virides, & poma ex arboribus recentia alienis menſibus præbuit; mantilibus aureis ſemper ſtrauit; gemmata vaſa fecit* 139. Eodem Callicrates *ex ebore quadrigam,& alia tàm parua fecit, vt partes earum diſcerni non poſſent* 140. Mirmecides aliam *ex ebore quadrigam fecit,quā cum agitatore ſuo muſca contexit , & nauem,quā apicula pennis abſcondit* 141, amboquè in ſeſamo diſtichō elegeium literis aureis in ſcripſerunt 142: alter in nuce incluſit Iliada Homeri 143.Eodē potuit Medorū Regina ſtruere Pō-tem ſubaquaneum ſubter Euphratem 144;numero carentis arenæ menſuram Thales inueni-

uenire 145, ſibi opes pro arbitrio cumulare 146, ac flumen Halym Creſo tranſituro diuertere 147; Xerſes Athos montem velificare 148; ac Cirus Gindũ ampliſſimum amnem exinanire cuniculis 149.

O inuenta maiorũ, ò exquiſita prudentiũ 150! Ah ſi noſtra ætas diminuta non eſſet, tuque veneranda Vetuſtas perfectè noſcereris; ſcirent Iuriſconſulti quid eſſent leges duodecim tabularum,& haberent in ijs totius iuris fõtem, & fundamentum, atque in tenui libello bibliothecam 151; ac iura antiqua à Triboniano omiſſa, ſi extarent, in vſum hodiè pleraque reuocari poſſent 152: ſcirent Mathefis periti ſpeculo claſſem incendere 253; vitro cœlum includere, vel cõcauo ęre ſimilitudinem mundi, ac figuram machinari 154. nouiſſentque inſtrumẽtum à Leone compoſitum, quod Byzantij repræſentabat quidquid in Syria gerebatur 155: ſcirent medici, vt antiquitùs, vnguentis integra corpora, non modò in nonum diem ad funus, ſed in perpetuũ conſeruare 156: vt Britanni veteres, certum cibi genus parare ad omnia, quem qui ceperint quanta eſt vnius fabę magnitudo minimè eſurire, aut ſitire ſolent 157: vt Seruius podagræ mederi, qui *morbi impatiens, veneno ſibi perunxit pedes, & enecuit, ità vt parte ea cor-*

poris quaſi præmortua vixerit 158: vt Æſculapius herba mortuos ad vitam reuocare 159: veratrũ ægrorum morbis vtiliter præparare 160 : ſcirent Phyſici, vt Pherecydes, aqua ex puteo deguſtata poſt diem tertium terremotum futurum prædicere 161;Hipparchum imitari , qui tempore Neronis in theatro ſedens ex caprina pelle, quam ferebat, quòd futuram tempeſtatem pronunciaſſet,tanta Neroni admirationẽ mouit;vt ille Bithyniæ Nicaẽſibus gratulatus fuerit , quod Hipparchum ſuum ciuem haberent ; atque Anaxagorãm, qui ſereno cęlo pellicea indutus veſte pluuiã, quæ mox euenit,expectauit Olimpię ; prædixit ſtabilem alioquì domum breui ruituram: ſtatum diem nocturna obſcuritate vitandum, ac lapidem circa Aegos fluuium è Cælo caſurum 162 : ſcirent Aſtrorum ſcientia freti ventura deſignare 163; ſcirent Artifices vitrum ductile reddere 164; nutantia erigere, ædificia,aliòque trasferre : nam æuo Tiberij architectus *maximam porticum iacentem , & inclinatam lana,& centonibus circumdatam,funibus, & machinis multorumque hominum manibus admotis,in priſtinum reſtituit firmam,& rectam*:atque Hadrianus *ædem Bonæ Deæ,& Coloſſum ſtãtem,atque ſuſpenſum tranſtulit per Demetrianum architectum de eo loco , in quo nunc templum Vr-*

bis

bis est, ingenti molimine ità, vt operi viginti quatuor elephantos exhiberet 165 ; lanas purpura colorare 166; vestem incombustibilem ex albestino componere 167 ; perpetua luce fruitura accendere elychinia 168; volatu per aera ferri 169; columbæ inanimi vitalem quasi spiritum infundere 170 ; tauros ludis aptos 171 ; elephantos funambulos 172 ; *pueros primæ teneritudinis, quasi piscículos natantes* 173 , atque in ima perrica luctantes exhibere 174 ; canem cæcum qui stans in turba suos cuique annulos reddat, & adulteros , pregnantesque indicet 175 ; scirẽt hodie chirosophi sola manus sapientia integras actiones representare ; *nam constat contendere* Ciceronem cum Roscio *histrione solitum, vtrum genere ille sæpiùs eandem sententiam varijs gestibus efficeret, an ipse per eloquentiæ copiam sermone diuerso pronunciaret, quæ res ad hanc artis suæ fiduciam Roscium abstraxit vt librum conscriberet, quo eloquentiã cum histrio; nia compararet* 176 : scirent Tragedi ad pietatem commouere Tyramnos 177 : scirent sagittarij , vt After Methonius Philippo , hostem vulnerare, cuius nomen, & locum vulneris iaculo prius insculpserant 178 ; vt Domitianus *ex industria quarumdam ferarum currentium capita ità figere , vt duobus ictibus quasi cornua efficerent* 179; atque in pueri *procul stã-*

tis, præbentisque pro scopulo dispansam dexterę manus palmam, sagittas tanta arte dirigere; vt omnes per interualla digitorum innocuæ euaderent 180; ipsasque muscas cõfigere 181; ebrij etiam animatum scopum tangere, vt Cambyses 182: ac tãdem commodum imitari, cuius ità esse certa manus dicebatur; vt, quodcumque destinaret iaculo, sagittaue, contingeret 183; scirent Amanuenses notis quibusdam orationum flumina cohercere 184; scirent musici probos, ac generosos mores inducere mentibus, ac conseruare 185; seditiones cohercere, vt Therpander apud Lacedemonios; pestilentiæ mederi, vt Thaletas Cretensis 186; Deorum iras cõpescere 187; Delphinos ad suam pertrahere incolumitatem, vt Arion 188; lyra Dæmones exturbare 189; iram excitare, mox reprimere 190; atque vt ità dicam

Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda
Ducere quò vellet 191.

Postremò tot Heroum frueremur voluminibus, quæ, aut omnino perDImus, aut corrosa, corruptaque veneramur 192.

Te depereũte decessit Assiriis, Medis, Persis, Macedonibusque potentia; Romanis quoque imperium, libertas ipsa defecere 193. Te derelicta nescierunt minus Vetusti ea, quæ re-

cen-

centiores, meà quidem ſENTia [194], reduxiſſe potius gloriari debent, quàm introduxiſſe: conſtat enim, inter cætera, antiquitùs extitiſſe, Typographiam apud Indos, aut Sinas [195], Italoſque vetuſtos [196]; Tormenta bellica apud Græcos [197], penes quos de metallicis machinis ſcripſit Arato Lampſacenus [198], Sinas [199], atque Romanos [200], Teleſcopiũ apud Aegyptios [201], Græcos [202], atque Romanos [203].

Hinc noua ſydera, vel prius cognita ab Aſſirijs, qui *per planitiẽ, magnitudinemq; Regionum, quas incolebant, ac cælum ex omni parte patens, atque opertum intuerentur; traiectiones, motuſque Stellarum obſeruauerunt* [204]; ab Aegyptijs, & Babilonijs, *qui in camporum patentium æquoribus habitantes; cum ex terra nihil emineret, quod contemplationi Cæli officere poſſet; omnem curam in ſyderum cognitione poſuerunt* [205]; vel nouitèr hominibus exhibita, ſiuè per omnipotentiam Dei, ſiuè per opportunas quarumdàm cæli partium interpoſitiones; ſiuè per motuum inæqualitatem remotiora nobis approximantem, quæ peritiam mathematicorũ vincũt, ratiocinationemq; ſubterfugiunt [206]; quod ſicuti vitio Priſci, ſic neque eſt gloriæ præſentis æui tribuendum.

Nouus orbis cognitus, vel ab Aegyp-

tijs: nam noui Orbis incolæ in ſuis ſacrificijs, Deorunque cultu Aegyptiorum veterum ritus in hũc vſque diẽ adhuc conſeruant [207]; vel à Rege, vt aiunt Salomone [208]; vel à Cartaginenſibus, qui inſulam magnam plurium dierum itinere diſtantem à terra deſtruxerũt [209]; vel à Seboſo, qui affirmat *vltra Gorgonas Heſperidum inſulas dierum quadraginta nauigatione in intimos maris ſinus receſſiſſe* [210]; vel à Platone in Atlantidis inſulis [211]; vel à Sileno, qui Midæ retulit Europam, Aſiã, & Libyam inſulas eſſe, continentem vnicum extra hunc mundum exiſtere [212]; vel à Democrito, Epicuro, Metrodoro, & ſimilibus in pluralitate mundorum [213]; vel à Poetis in ſuis doctiſſimis enigmatibus Inferni, Elyſiorum, Deornm relegationis a Cęlo, Vliſſis nauigationis triennalis [214]; vel a Romanis, Virgilio præcipuè, atq; Seneca [215]; multò magis quià aureus nummus vetuſtiſſimus, continens Auguſti laureatam effigiem, in Inſula Iamaica refoſſus eſt [216], ac tandẽ ab aliquo ex ijſdem Apoſtolis: nam *in omnem terrã exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum* [217].

Pyxis nautica ab Homero allegoricè deſcripta *nataṇti in Inſula* Æoli, *quam totam circundat murus ferreus infragilis*; *leuis verò circũ-*

cũ currit petra 218, cõstat Antiquorũ in vsu fuisse 219; Horologia à Vitruuio deducta, vel ab Archimede, vel à Hierone 220, veterum in vsu Romanorum 221 cætera tandem admiranda, vel ab eodem Archimede, vel a Demetrio, qui Poliorcetes dictus 222. *Quid* enim *non tentauere homines, quorum natura nouitatis est auida* 223? quid *tempus edax rerum* non consumpsit 224? Latent omninò Assyriorum, Aegyptiorum, Medorum, ac Persarum inuenta; *Prisca Romanorum gesta corrupta, vt Polybius tradit, confusisque commentarijs multa rerum obscuritate inuoluta sunt* 225. Fragmentis, atq; indicijs noscimus, vt noscimus, Antiquitatem. An si Caligula Virgilij, ac T. Liuij scripta, imagines que penitùs, vt decreuerat, substulisset 226, nunquam in rerum natura fuisse dicendũ esset? an quia dixere *Antipodas dari nulla ratione credendum esse* 227, dicendum est aduersis homines nos non vrgere vestigijs 228? an non redeunt Cælorum configurationes res corrumpentes, ac reproducentes assiduè 229? *Quid est quod fuit? ipsum quod futurum est. Quid est quod factum est? ipsum quod faciendum est: Nihil sub sole nouum; nec valet quisquam dicere, ecce hoc recens est: iam enim præcessit in sæculis quæ fuerunt ante nos. Non est priorum memoria, sed nec eorum quidem, quæ postea futura sunt,*

erit recordatio apud eos,qui futuri ſunt in nouiſſimo 230. Hinc forſitan noſtrum ſciREcordari eſſe inquit Plato 231, ac propterea Mercurius dictus eſt non inuentor, ſed *reparator artium multarum* 232, vt veſanam præteream animarum tranſmigrationem 233; vnde poſſet earundem rerum reproductio conſurgere.

Eſto aliquis, qui pro ſuo, nimis religioſus, æuo ad necem vſque decertet; an propriam aſſerentibus commoditatem credendum eſt 234; cum pluris quiſque æſtimet res ſuas, quã valeant 235? An viri defuere grauiſſimi, qui ſuũ veteribus ęuũ non sũt auſi cõparare 236?

An' vexillo glorioſus adſcribet ſuo, muſcã Regiomontani, quæ ferrea, ab artificis manu ſpontè auolans, ad omnium conuiuarum orbes, caliceſque diuertere, & indè, ceù feſſa, poſtliminio ad herilem manum reuolare, poſitiſque alis requieſcere condidicerat 237? An' cocleas, & teſtudines ferreas, quæ pro minulis ceruicibus, & pedum palmulis ſcientèr è ſcuti tegmine prolatis, terram vltrò, citroque perambularunt, & ſicubi obex occurrebat, priùs ſanè, quàm in illum impingerentur, tempore diuertere, vltròque cedere nullo rectoris imperio conſueuerunt 238? An' Carlo V. Norimbergam aduentanti Aquilam fabrefactam, quæ obuiam ſeſe libratis

tis alis in aerem ſuſtulit,longoque interuallo ſubeuntem comitata, ad Vrbis vſque portas ſublimis perpetuo volatu deduxit 239? An à Veneto aurifice eidem Carolo V. dono tradita, annulum aureum, qui indicio, & ſonitu prodebat horas; nauiculam, in qua cuncta, quæ intus erant mouebantur; ac ludum Palamediacum cum omnibus teſſeris, quæ in paruo oſſe ceraſi includebantur? An loricam ex vno, eodemque ligno mutuis cathenulis contextam, quam quindennio fabrefactam dono dedit artifex Matthiæ Regi Hungariæ? An baculum cubitalem,è quo pẽdebant tres cathenæ,quarum quælibet longitudinem habebat trium brachiorum, & in fine ligneum cocleare, quæ vniuerſa ex eodem ligno perfecta damnatus perpetuo carceri offerens Io: Galeatio Vicecomiti meruit libertatẽ 240? An enſẽ,qui in haſtã formabatur,manũque roſtratã aptã cõprehẽdere furis manũ incrumena 241? An pulicẽ tenuiſſima alligatũ cathena 242? An'Cælũ vitreũ Saporis Regis,cui pedibus ſuperbè inſiſtebat,cũ ſederet pro Tribunali 243? An'Cælũ argẽteũ ab Imperatore Ferdinando Bizãtium ad Solimanũ miſſum 244? An' Pontem Farneſianum, naueſque Antuerpienſes 245? *Quis enim prouocatus nunc ad facta maiorum non inertiſſimus,*

quis quoque ad verba non infantissimus erit 246.
De his, quæ ad notitiam peruenere nostram loquor. Quid si perfecta vetustarum rerum Romanarum præcipuè cognitione fruere-mur? Nam *Constantius Imperator Romam veniens, cum spectasset Iouis Tarpeij delubra, Lauacra, Amphitheatri molem*, Pantheon, *Vrbis templum, forumque* Pacis, *& Pompei theatrum, & Odeum, & Stadium, Traiani forum, aliaque decora Vrbis æternæ, hærebat attonitus. Multis igitur cum stupore visis horrendo, Imperator de fama querebatur vt inualida, vel maligna, quòa fugens omnia semper in maius, erga hæc explicanda, quæ Romæ sunt obsolescit* 247.

I nunc, & aude, somnia recentis æui connumerare, videlicet; lapidem, quo gestans redditur inuisibilis 248; os animalis Sionij, quod Cabim Incolæ vocant, gestatum, sanguinẽ è vulneribus fluere non sinens 249; solo hominis obtutu specula minutim confracta; accipitres etiam ad prædam enixè volãtes, ad terram deductos 250; lynceos homines abditissima in subterraneis visu penetrãtes aquarum nempè venas, metalla, thesauros que 251; magni caput Alberti vocem artificiosè profundens 252; cicurationem tauri, qui dicebatur D. Marci 253; vnguentum armarium 254; motum perpetuum 255,

cir-

circuli quadraturam [256]; artificialem hominis, seù chimicam creationem [257]; lapidem Philosophorum [258], & innumera huius generis alia [259]. *Quæ est igitur ista calliditas, res Vetustate robustas calumniando velle peruertere* [260]?

Profectò contingit ei, nobisque quod Virgilio, qui inquit.

Vrbem, quam dicunt Romam Melibee putaui,
Stultus ego huic nostræ similẽ, quò sæpè solemus
Pastores ouium teneros depellere fætus,
Sic canibus catulos similes, sic matribus hędos
Noram, sic paruis componere magna solebam
Verùm hęc tantùm alias supereminet vrbes,
Quantũ lenta solẽt inter viburna cupressi [265].

Non veritatis impulsu; sed vitio, aut imperitia generis humani, siuè

Fraternis odijs quidquid negat alter, & alter
Annuimus [262].

Propterea neque sensum euidentem agnoscimus; nec rationem intelligimus, qua cogimur proprij ruboris encausto confirmare, Vetustatem nostro æuo præferendam; vel quià *virtutes artium multarun seculis potiùs priscis seculorum rector ingenuit, quę per ętatem mundi iam senescentis, lassatis veluti seminibus emedullatæ, parûm aliquid hoc tempore in quibuscumque, atque id in paucis mirandum, ac memorabile ostentat* [63]. Namquè ætates, & interi-

tus,vt Imperijs [264], ædificijs [265], hominibus [266], brutis [267], legibus ipsis [268], sic æuo assignantur [269].

Vel quia *ad deteriora facile sumus: quia nec dux potest, nec comes deesse; & res etiam ipsa sine duce, sine comite procedit*: propterea *omne tempus Clodios, non omne Catones feret* [270].

Vel *publica circa bonas artes socordia*, vel quia *externæ superstitiones inualuerunt* [271].

Vel quià magnorum occasio facinorum defecit maximis imperijs in plures partes diuisis, ac violentijs armorum excussa virtute: *crescit enim cum amplitudine rerum vis ingenij* [272].

Vel quia *pecuniæ cupiditas hæc tropica fecit: priscis enim temporibus, cum adhuc nuda virtus placeret, vigebant artes ingenuæ, summumque certamen inter homines erat, ne quid profuturum seculis diù lateret. Itaque herculè herbarum omnium succos Democritus expressit; & ne lapidum, virgultorumque vis lateret, ætatem inter experimenta consumpsit. Eudoxus quidem in cacumen excelsissimi montis conscendit, vt Astrorum Cælique motus deprehenderet; & Crysippus, vt ad inuentionē sufficeret, ter elleboro animum deterfit. Verum, vt ad Plastes conuertar, Lysippum statuæ vnius lineamētis inhærentē inopia extinxit; & Myron, qui penè hominum animas, ferarumque ære comprehendit,*

non

non inuenit heredem: at nos vino, scortisque demersi, ne paratas quidem artes auemus cognoscere, sed accusatores Antiquitatis, vitia tantum docemus, & discimus. Vbi est Dialectica? vbi Astronomia? vbi sapientiæ consultissima via? quis vnquam venit in templum, & votum fecit si ad eloquentiam peruenisset? Quis si Philosophię fontem attigisset? ac ne bonã quidem mentem, aut bonã valetudinem petunt, sed statim antequam limen Capitolij tangãt alius donũ promittit si propinquũ diuitem extulerit, alius si thesaurum effoderit, alius si ad trecenties sextertium saluus peruenerit. Ipse Senatus recti, bonique pręceptor mille pondo auri Capitolio promittere solet, & ne quis dubitet pecuniam cõcupiscere, Iouem quoque peculio exorat. Noli ergò mirari si pictura deficit, cum omnibus dijs, hominibus formosior videatur massa auri, quã quicquid Apelles, Phidiasque Greculi delirantes, fecerunt 273.

Vel quia, *vbi pro labore desidia, pro continentia, & æquitate libido, atque superbia inuasere, fortuna simul cũ moribus immutantur* 274.

Ob id Cicero *Ego* inquit *nobilium vita, victuquè mutato, mores mutari Ciuitatum puto: quo periculosiùs de Republica merentes vitiosi Principes; quòd non solùm vitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in Ciuitatem* 275.

Hinc Plutarcus *Probatum hactenus*, inquit,

esse arbitror non inscitia, ignorantiaque, sed consultô abstinuisse Veteres à prefractis moribus, languidisque canticis, & modis : sed quid hoc mirandum est, cum multa in vita humana instituta videamus exoleuisse, sublato eorum vsu, non imperitia; verùm sponte, atque consultò reiecta: quum animaduersum, perspectumque foret aliquibus in rebus, contra officium decorumque fieri 276.

Propterea ait Quintilianus *Quis enim ignorat, & eloquentiam, & cæteras artes desciuisse ab ista vetere gloria, non inopia hominum, sed desidia iuuentutis, & negligentia parentum, & inscientia præcipientium, & obliuione moris antiqui? quę mala primùm in vrbe nata, mox per Italiam fusa, iam in Prouincias manant; quamquam nostra nobis notiora sunt. Ego de vrbe, & his proprijs, ac vernaculis vitijs loquar, quæ natos statim excipiunt, & per singulos ætatis gradus cumulantur, si prius de seueritate, ac disciplina maiorum circa educandos, formandosque liberos pauca prædixero. Iam primùm suus cuique filius ex casta parente natus non in cella emptæ nutricis; sed gremio, ac sinu matris educabatur, cuius præcipua laus erat tueri domum, & inseruire liberis. Eligebatur autem aliqua maior natu propinqua, cuius probatis, spectatisque moribus omnis cuiusquam familiæ suboles committeretur, coram qua neque dicere fas erat, quod turpe dictu, neque facere*

quod

quod inhonestum factu videretur, ac non studia modò, curasque, sed remissiones etiam lususque puerorum sanctitate quadam, ac verecundia temperabat. Sic Corneliam Gracchorum, sic Aureliam Cæsaris, sic Attiam Augusti matrem præfuisse educationibus, ac produxisse Principes liberos accepimus. Quæ disciplina, & severitas eo pertinebat, ut sincera, & integra, & nullis prauitatibus detorta uniuscuiusque natura, toto statim pectore ariperet artes honestas; & siuè ad rem militarem, siuè ad iuris scientiam, siuè ad eloquentiæ studium inclinasset, id solum ageret, id uniuersum hauriret. At nunc natus infans delegatur Græculæ alicui ancillæ, cui adiungitur unus, aut alter ex omnibus seruis plerumque vilissimus, nec cuiquam serio ministerio accommodatus. Horum fabulis, & erroribus teneri statim, ac rudes animi imbuuntur. Nec quisquam in tota domo pensi habet quid coram infante Domino, aut dicat, aut faciat, quando etiam ipsi Parentes, nec probitati, nec modestiæ paruulos assuefaciunt; sed lasciuiæ, & libertati, per quæ paulatim impudentia irrepit, & sui, alienique contemptus. Iam verò propria, & peculiaria huius urbis vitia penè in utero matris concipi mihi videntur, histrionalis fauor, & gladiatorum, equorumque studia, quibus occupatus, & obsessus animus, quantulum loci bonis artibus reliquit! Quo-

tum quemquè inueneris, qui domi quidquam aliud loquatur? quos alios adoleſcentulorum ſermones excipimus, ſi quando auditoria intrauimus? nec Præceptores quidem vllas crebriores cum auditoribus ſuis fabulas habent: colligunt enim diſcipulos non ſeueritate diſciplinæ, nec ingenij experimento, ſed ambitione ſalutantium, ſed illecebris adulationis. Tranſeo prima diſcentiũ elementa, in quibus & ipſis parùm elaboratur, nec in auctoribus cognoſcendis, nec in euoluenda Antiquitate, nec in notitia, vel rerum, vel hominum, vel temporum ſatis operæ inſumitur: ſed expetuntur quos Rethoras vocant, quorum profeſſio quando primùm in hanc vrbem introducta ſit, quamquã nullam apud maiores noſtros auctoritatem habuit, ſtatim docuero [277].

-----Sic omnia fatis
In peius ruere, et retrò ſublapſa referri
Non aliter quã qui aduerſo vix flumine lembũ,
Remigijs ſubigit, ſi brachia fortè remittit,
Atque illum in præceps prono rapit alueus amne [278].

Hæc omnia, quam noſtro excreuerint æuo, nemo eſt, qui non videat, quo ſcriptores ampliſſimi, vel amiſſi, vel corrupti, vel diminuti, vel ſuppoſiti; vnde veterum prodit obſcuritas, hinc difficultas, pudor addiſcendi, ac ſapientium deſpectus [279].

[O quam

O quam foret delectabile videre ludorum solemnitates, scęnarum magnficentiam, delicias thermarum, sumptuosas munerum editiones, triumphi maiestatem, ac sacrosanctam Apotheosis celebritatem; vnde non miror trium maximorum desiderio flagrasse Diuum Augustinum, videndi nempè Christum resurgentem, Paulum prædicantem, ac Romam triumphantem [280].

---

1 *Ælian.de var.hist.lib.*8.*c.*51. *Ouid.met.*15. *vers.*cuncta fluũt.*Senec.de consol.ad Helu. cap.*7. 2 *Flor.lib.*1.*hist.in princ.* 3 *Horat.carm. lib.*3. *od.*6.*in fin.Flau.Ios.ant.iudaic.lib.*1.*c.*2.*ibi.* dum posterior quisque fit deterior.*Homer.odiss.lib.*2. *vers.*276. *Iuuen.sat.*15. *vers.* Terra malos homines nunc educat, atque pusillos. 4 *Plin. lib.*6.*epist.*21. 5 *Sidon.Apollin. lib.*8. *epist.* 11. 6 *Vell.Paterc.lib.*2. 7 *Quintil.in dialog.orator. Martial.lib.*2.*ep.*71.*lib.*8.*ep.*69.*Horat. lib.*2.*ep.*1. 8 *Genes per tot. D.Augustin.de ciuit.Dei lib.* 15. *c.*9.*Ios.ant.iudaic.lib.*1.*c.*3. *vers.* nec est cur aliquis præsentem vitam. *Plin.lib.*7. *c.*48. *Rauis. Text. in officin. histor. tit.* qui diù vixerunt. 9 *Iuuen. sat.*15.*vers.*tela nec hunc lapidem *Solin. polyhist.c.*4. 10 *Arnob. adu. gent. lib.*2. *fol.*83. 11 *Plut.de placit.philos.lib.*5.*cap.*27. 12 *Sidon.*

Apoll.lib.8.ep.6. 13 *Io.Chriſoſt. homil.*10. *ep. ad Thimot.*Petr. *ſat.verſ.* Nemo cælum putat, nemouſiuran.&c. *Genebrard.præſcript.lib.3.verſ.* cum præſertim incidiſſe nos videam.*Dom. Segner in oper.fid.admirab.* 14*Sen.lib.2.de ira c.12 & 13.* 15 *Virgil.Georgic.lib.2.* 16 *D. Ioann. Chriſoſtom.apud Buleng.de Theatr. lib.1. cap. 35.* 17 *Solin.Poliſt. cap.5.* 18 *Virgil.æneid. lib.7. in fin. ſimile apud Homer. Iliad. lib. 20. verſ. 226.* 19 *Plut.de muſic. fol. 533. & per tot. Porta mag. nat.lib.20.c.7.* 20 *Athen.dipn. lib. 13. cap. 13. Guid.Panc.rer.mem.lib.1.tit.39.& 40.ibique Salmuth* 21 *Pſal.46.80.& 140. cum ſim.* 22 *Iuuen.ſat.10 verſ.* credimus altos defeciſſe amnes,epotaq;flumina Medo prandente·*Herodot. lib.7.* 23 *Quintil.in Dial.orat.in princ.Io.Ludouic.Viues de cauſ.corrupt.art.lib.4.* 24 *Sueton. de Grammat.cap.3.* 25 *Sueton.ibid.cap.4. Viues de cauſ corrupt.art.lib.2.* 26 *Viues de cauſis corrup. art.lib.5.* 27 *l.2. propè fin. ff. de orig. iur.* 28 *Viues de cauſ.corrupt.art.lib.7.* 29 *epiſt.86.* 30 *Athen dypnos lib. 9. c. 27.* 31 *Suet.in Calig. c.37.* 32 *Dio, & Ziphil. de Ner.* 33 *Senec. ep. 90.* 34 *Flor.lib.3.cap.5. Valtur. de re milit. lib. 11.cap.12.f.m.319.* 35 *Flau.Ioſ.bell.iud.lib 3. c.9.in fin.& lib.6.cap.7. propè med. Valtur. de re milit. lib. 10. c.ult. fol.m. 265.* 36 *Tac Annal. lib.2. Plin.lib.36.c.7. Iuuen. ſat.15. verſ.* dimidio magi-

magicæ resonant vbi Memnone chordæ. *Phy-*
lostrat. in Icon. Paus in Attic. Strab. lib. 17. *Lucian.*
in Philopseud. & in Toxari. 37 *Lamprid. in He-*
liogab. 38 *Diod. Sic. lib.* 2. *f. mihi* 36. 39 *Spart.*
in Quieto fol. mihi 160. 40 *Symmach. lib.* 1. *ep.*
23, 41 *Ælian. de var. hist. lib.* 13. *cap.* 22. 42
Horat. carm. lib. 4. *od.* 2. 43 *in Prologo Casinæ.*
44 *Tacit. Annal.* 15. 45 *Tacit. hist.* 1. *Lipsius in*
doctr. lib. 4. *cap.* 9. 46 *Symmac. lib.* 10. *epist.* 24.
Franc. Iuret. ad Symmac. lib. 1. *ep.* 23. *Sidon. Apoll.*
lib. 4. *ep.* 17. *& lib.* 5. *ep.* 10. *lib.* 8. *ep.* 11. 47 *Plin.*
lib. 9. *cap.* 35. *Macr. Saturn. lib.* 3. *cap.* 17. *Athen.*
Dypnos lib. 4. *cap.* 7. *Bud. de Asse lib.* 3. 48 *Plin.*
lib. 6. *cap.* 36. *Vitruu. lib.* 7. *cap.* 7. *Strabo lib.* 16.
Ælian. de hist. anim. lib. 7. *cap.* 34. *lib.* 15.
cap. 10. *lib* 16. *cap.* 1. *l.* 1. *C. quæres ven. non poss.*
l. temperent 4. *C. vest. holoser. l.* 11. *l. sacr. affatus,*
C. diuers. rescript. § si tamen alienam 19. *instit. de*
rer. diuis. l. 26. *§. proculus, ff. de acquir. rer. domin.*
Guid. Pancir. rer mem. lib. 1. *tit.* 1 *ibique Salmuth.*
49 *l. sacri, C. diuers. rescript. Pancir. ibidem tit.* 2.
ibiq; Salmuth. 50 *Plin. lib.* 19. *c.* 1. *Isid. Etinolog.*
lib. 19. *cap.* 27. *l. fin. §. species, ff. publican. Panc.*
ibidem tit. 5. 51 *l. fin. §. species, ff. publican. Panc.*
d. lib 1. *tit.* 10. 11. 12. *&* 13. *ibique Salmuth.*
52 *Plin. lib.* 12. *cap.* 19. *Solin. Polist. cap.* 39. *&* 42.
Dioscor. lib. 1. *c.* 13. *ibiq; Matthiol. d. §. species. Pro-*
uerb. c. 7. *vers.* 17. *Panc. ibid. tit.* 9. 53 *d. §. species.*

Dioſcorid.lib 1 *cap.*18. *ibique Mattiol. Ioſ. hiſtor: antiq.iudaic.lib.*8. *c.*2. *& lib.*15. *cap* 5. *Panc. ibidem tit* 12. 54 *Plin.lib* 37.*cap* 2. *Sen. lib.*7. *de benef.c.*9. *verſ* video murrhina pocula . *l. cum aurum in fin.ff.aur.arg leg. l.*3. *§.vitrea,ff murrhinis, l. vaſa* 11. *ff. ſuppell. legat. Panc. ibidem tit.*7. 55 *Plin.lib.*36.*cap.*22.*l.quæſitum* 12.*§. ſi domus,& §. ſpecularia, ff.fund inſtruc. l.*1. *C.excuſat. tut. l.*10. *l.vlt. ff iur.immun. Panc.ibidem tit.*6. 56 *Plin.lib.*36.*cap.*26. *Panc.ibidem tit.*3. 57 *Plin.lib.*34.*cap.*2. *l.labeo* 45. *ff.contrah.empt. Panc.ibidem tit.*8. 58 *d. l. fin. §. ſpecies. Panc. ibidem tit.*13. 59 *Plin. lib.*37.*cap.*1. 60 *vide Panc.d.lib.*1.*rer. mem. tit.*1. *vſque* 17. *ibique Salmuth.* 61 *Flau. Ioſ,antiq.iudaic. lib.*1. *cap.*3. *verſ.*nec eſt cur aliquis præſentem vitam &c. *Iuuen. ſat* 15.*verſ.*Terra malos homines nunc educat,atque puſillos . *Solin. Poliſt. cap.*4. *Io. Boccacc.genealog. Deorum lib.*12.*c.*60. 62 *Plin. lib.*7.*c.*20.*Solin.cap.*3. *Aelian. de vàr.hiſt. lib.*12. *cap.*22. 63 *Quintilian. in dial. orat.* 64 *Plin. lib.*7.*cap.*25.28. *Solin.c.*5. 65 *Plin.lib.*7. *c.*25. *Maxim. lib* 1. *c.vlt. Solin. Poliſt. c.*5. 66 *Plin. lib.*7. *c.*24.*Solin c.*6. 67 *Plin.lib.*36.*cap.*9. *Ammian.lib.*17. *num.*3. *Panc ibid. tit.*31. 68 *Plin. lib.*36.*cap.*12.*Mart.de ſpect.ep.*1. *Panc.tit.*32. *Bellon obſer.lib.*2.*c.*42.43.44. *Caſſan. Cathal. gl. m. p.*13. *conſid.* 74. *Caſſiod. lib.*7. *ep.*15. 69 *Plin.*

lib.

lib.36.c.5.Mart de spect.ep.1. Gell.lib.10. cap.58. Cassiod.ibid. 70 *Plin.lib.36 cap.12. Panc. tit. 32.* 71 *Plin.lib.34.cap.7. Zonar.lib.3. Cassiod. lib.7.ep.15. Panc.ibid.tit.32,* 72 *Sex.Aur.vict. de reg.urb.Dio in Traian Capitol. in Antonin. Ioseph Castalio de Columna triumphali Imperatoris Antonini.* 73 *Mart.d.epigr.1.Arist.Polit.lib.3. c.2.Panc.d.tit.32.Cassiod. ibid.* 74 *Tacit.ann.2. Plin.lib.36 cap.14.Ammian. lib.17.* 75 *Reg. 3. cap.5. & seqq Ioseph hist.antiq. iudaic. lib.7. c.2. & bell.iudaic.lib 6.cap.6. Bud.de Asse lib.4. Cassan.cathal.gl.mundi p.2.consid.62.* 76 *Plin. lib. 36 c.14.Mart.de spect.epig.1.Cassiod.lib.7.ep.15. Liu.lib.1.c.1.Solin. c.41.* 77 *Plin.lib.36. c.15. Suet. in August. cap.19.* 78 *Sueton. in Vespas. cap.9.Plin.d c.15.* 79 *Plin.lib.36.cap.13.* 80 *Plin.d.lib.36.cap.15. Bud. de Asse lib.2. fol. 175.* 81 *Plin.d.cap.15. Liu. lib.1. Strabo lib. 5. Marl. lib.3. Topograph. cap.19. Lipsi admir. seu de magnit.urb.lib.3.cap.12.* 82 *Plin.d.cap.15. Front. de aqueduct.* 83 *Sex aur.vict.de reg.urb.* 84 *Athen dypnos.lib.5 cap.6. & 7.* 85 *Suet. in Calig. cap. 37. Bud. de Asse lib.5. fol. 648. usque 665.* 86 *Suet.in Calig. c.10. Varr.de L.L. lib. 6. fol.78.Isocrat. in paneg. fol. 100. Mela lib. 2. cap.1.Plut.de cons.ad Apoll. fol. 191.* 87 *Suet. in Calig.c.10.* 88 *Dio in Traian.Tzezes chil.1. cap.24.Andr. Resendius de Traiani pont. descrip.*

Eriz. de numiſmat. antiq. f. 310. *in numiſ. Traian.* 26. & 51. *Æneas Vic. in numiſmat. eiuſd.* 89 *Suet. in Cæſ. c.* 39. 90 *Suet. c.* 43. 91 *Suet. c.* 22. 92 *Suet. c.* 12. 93 *Suet. c.* 4. 94 *Lipſ. admir. lib.* 3. *c.* 7. *Vitruu. lib.* 5. *c.* 1. *Alex. ab Alex. dier. gen. lib.* 2. *cap.* 12. *Cæl. Rhodig. lib.* 28. *cap.* 9. 10. & 11. *Capitolin. in Antonin. Pancir. lib.* 1. *rer. mem. tit.* 29. 95 *Dioniſ Halicarn. lib.* 1. *ant. Rom. Lact. Firm lib.* 1. *cap.* 20. *Plin. lib.* 33. *cap.* 2. *lib.* 36. *cap.* 15. *Lipſ. admirand. lib.* 3. *Vict. de reg. Vrb. Pancir. d. lib.* 1. *tit.* 32. 96 *Pancir. R. m. lib.* 1. *tit.* 28. *ibique Salmuth. Tacit. Ann. lib.* 2. *verſ.* Arcus additi Romæ Germanico. *Marlian. topogr. lib.* 2. *cap.* 16. & *paſſim vbique.* 97 *Oroſ. lib.* 6 *cap.* 15. *Dio lib.* 42. *Plut. in Cæſar. Plin. lib.* 35. *cap.* 2. *Ammian. lib.* 22. 98 *Plin. ibid.* 99 *Sex. Aur. vict. de reg. Vrb. Panc. d. lib* 1 *tit.* 22. *Lipſ. admir. lib.* 3. & *tract. de Biblioth.* 100 *Panc. d. lib.* 1. *tit.* 19. 101 *Dio. in Adrian.* 102 *Caſſiod. lib.* 7. *ep.* 15. 103 *Mart. de ſpect. epigr.* 2. *Suet. in Ner. c.* 31. & 39. 104 *Lipſ admir. lib* 3. *Panc. d. lib. tit.* 21. 105 *Tzetzes Chil.* 7. *c.* 141. 106 *Suet. in Ner. cap.* 19. *Ziphil. in Ner.* 107 *Dio in Traian.* 108 *Tacit. an. lib.* 13. 109 *Plut. de fort. Alex. f. m.* 560 110 *Plin. lib.* 7. *c.* 38. & *lib.* 36. *c.* 5. *Maxim. lib.* 8. *c.* 11. *in fin.* 111 *Aelian. de var. hiſt. lib.* 9. *cap.* 39 112 *Pauſ. in Achaic. Natal. Com. Mithol. lib.* 7. *c.* 16 *Ouid. met. lib.* 8. *Auſon. epigr.* 57. 114 *Plin. lib.* 35

c. 10. 115 *Fest. in verb.* Pictor Zeusis *Ios. Quer-*
cetan. in dietet. Polist. c. 7. Add. ad Panc. rer. mem.
lib. 12. tit. 10. 116 *Plin. lib. 7. c. 38. lib. 35. c. 10.*
Gell. lib. 15. c. vlt. Aelian. de var. hist. lib. 12. c. 41.
117 *Plin. d. li 35. c. 10.* 118 *Plin. ibid.* 119 *Plin.*
lib. 7. c. 38. 120 *Plin. ibid.* 121 *Plin. lib. 35. c. 10*
122 *Gell lib. 3. c. 17. Bud. de Asse lib. 2.* 113 *Athen.*
apud Bud. de Asse loc. cit. 124 *Plin. lib. 7. cap. 30.*
125 *Plin. lib. 7. c. 29.* 126 *Plin. d. c. 30.* 127 *Plin.*
ibid. 128 *Plin. lib. 3. ep. 5.* 129 *Seru. ibid.* 130
Quintil. seu Tacit. in dial. orator. f. 642. 131 *Plin.*
d. c. 30. 132 *Guiland. in tract. de papyr. memb. 6*
relatus ad Salm. in Comment. lib. 1. Panc. de reb.
mem. tit. 22. 133 *Plut. de fort. Alex. f. 547.* 134
Plin. lib. 7. c. 29. 135 *Gell. lib. 3. cap. 11. Lucian.*
in Demost. 136 *D. Hieron. ep. ad Paulin.* 137
Suet de Grammat. c. 8. 139 *Trebell. in Gallien.*
Card. de var. lib. 16. cap. 66. 140 *Plin. lib. 7. c. 21.*
lib. 36. c. 5. Adden. ad Pancir. lib. 2. rer. mem. tit. 10
Aelian. de var. hist. lib. 1. cap. 17. 141 *Varr. de* LL.
lib. 6. in princ. Aelian. d. cap. 17. Adden. ad Panc.
d. tit. 10. 142 *Aelian. ibidem.* 143 *Plin. lib. 7.*
cap. 21. 144 *Philostrat. in vit. Apollon. lib. 1.*
cap. 18. 145 *Horat Carmin. lib. 1. od 28.*
146 *Cicer. de diuin. lib. 1. Laert. lib. 2.* 147
Frontin. de stratag. lib 1. cap. 5. Herodot lib. 2. fol.
mihi 44. Tzez. Chiliad 1. cap. 30. 148 *Iuuen. sat.*
11. *vers.* velificatus Athos *Isocr. in Paneg. f. 100.*

Herodot.lib.7. 149 *Senec. de Ira lib. 3. cap. 21.* *Herodot.in* Clio. 150 *Cassiod var.lib.7. epist. 9.* 151 *Cic.de orat.lib.1. n.193. 194. & 195.* 152 *Cuiacc. lib. 6. ad edict. Pauli in l.idcoque 45. ff. peculio.* 153 *Cæl. Rhodig.lect.antiq.lib.25. c.13.* 154 *Claud.epig. super sphera Archimedis Cic.lib.1. Tusc.* 155 *Lact. Firm.diu.instit.lib.2.c.5.* 156 *Constant.Manas.in vers. polit.* 156 *Ioann.Bapt. Casal.de prophan.Rom.rit.in fin.fol m. 259.* 157 *Dio, vel Ziphilin.in Seuero.* 158 *Suet. de Grammat.c.3.* 159 *Virgil.æneid.7.vers.*ibat & Hippolitus, *cũ sequen.Ouid metam. lib.15. Germanic. super* Phænomen. *Arat.in* Esculap. *Hippocr. ep. ad Damaget.* 160 *Cels.de re medic.lib.3.c.18. Hippocr.in ep.ad Crateu. Dioscor.lib.4.cap.133.* 161 *Diog.Laert lib.1.Cic.de diuin.lib.1.* 162 *Aelian. de histor.an.lib.7.c.8.* 163 *Suet.in Aug. cap.94. in Calig c.57.in Claud.c.46.in Ner.c.6.in Othon. c.4.in Vitell.c 3.& 14.in Vespas.c.vlt.in Tito c.9. 14.& 15.Spartian.in Adrian.f.m.28.in Seuer. f. m.75.76 in Aelio Ver.f. 230. Lamprid. in Diadumen.f 97.in Seuer.f.134.Capitolin.in Gordian. f.156.* 164 *Dio lib. 57. Petron.Satiric Cæl.Rhodig. lect. antiq. lib.20.c.30. Pancir. lib.1.tit. 36.* 165 *Dio lib.57.f.m.798.Spartian.in Adrian.add. ad Pancirol.d.tit.36.Lipsf.de magn.urb.lib.3 cap.6.* 166 *Plin.lib.1.c.36.Bud.de asse lib.2.f.191.Pancir.lib.1.rer.mem. tit.1.* 167 *Plin. lib.19. cap.1.*

Plin-

Pancir.d.l.1.tit.4. 168 Pancir.d.l.1.tit.35. ibique Salm.Casal.de proph.rom.rit.in fin. f. m. 259. Guilandin.de papyr.membr.6. 169 Ouid.met.lib. 8.Natal.com.mithol.lib.7.c.16. 170 Gell.lib.10. c.12. Muret. lib.3. var. c.1. Biderman. Agonistic. lib.1.cap.9. 171 Martial. lib.5. epig. 32. Suet. in Claud.c.21.Plin.lib.23.c.7. 172 Ziphilin.in Neron.Plin.lib.8.c.2.Suet.in Galb.c.6.in Ner.cap.11. Dio in Neron. 173 Sueton.in Tiber.c.44. 174 D.Chrisost.de iureiur. 175 Diacon. lib. 16. Zonar.& Cedrenus in Iustin. 176 Lucian. de salt. Petron. satir.vers.manu puer loquaci:Claudian. in Eutrop. vers. quis melius. Buleng. de theatr. lib.1.c.43. 177 Plut.de fort.Alex. fol mihi 558. 178 Plut.paralell.8.Soliu.c.13. 179 Suet.in Domit.cap.19. 180 Suet.ibid. 181 Sext.aur.vict. de Cæsarib. 182 Sen.de ira lib.3.cap. 14. 183 Herodian.lib.1. cap.15. 184 l.40. ff. test. milit. l.6.in fin. ff.bon. poss.l.26.C. pignor.l.41.§. scio, ff. fid.lib. l.vn.§.nè autèm per scripturam, de confirm. digestorum.Sen.ep.90. Quint.instit.orat.lib.11.c.2. Auson.epig.137.Mart. lib.7. epig.36. lib.14. epig. 208. Marc. Manil.lib.4. vers. hic erit & fælix. Gell.lib.17.cap.9.Cuiacc.obseru.lib.3.c.3.& lib.11. cap.vlt. Bud.in pandect. f.m.382. Panc.lib.2. tit. 14. ibique Salm. 185 Plut.de music. fol. 355. 186 Plut. ibidem. 187 Homer. ab eodem relat. ibidem. 188 Aelian.de hist.animal. lib.2. cap.6.

*& lib.*12.*c.*45.*Gell.lib.*16. *c.*19. *Plin. lib.9.cap.*8. 189 *Reg.*1 *c.*16.*Cassiod.lib.*2.*var.ep.*40. 190 *Sen. de ira lib.*2.*c.*2.*& lib.*3.*c.*9 *ibi*, Pythagoras perturbationes animi lyra compescuit. *Ælian. de var.hist.lib.*14.*Plut.de fort: Alex.f.*559. 191 *Horat.in arte* 192 *Io.Ludouic.Viu.de caus. corrupt. art.* 193 *Cic.lib.*5.*de Repub.* 194 *l.Iulian.*4. *ff. diuort.* 195 *Petr.Maff.hist. Indic. lib.*9.*fol.*256. *Paul.Iou.lib.*14.*hist.Panc lib.*2.*rer.memor. tit.*14. *Ricc.de Christ.exped.ad Sin. lib.*1.*c.*4. 196 *Minuc.Fælix in Octau.ibi*, Saturnus docuit, vt Gręculus, & politus literas imprimere, mox figuare &c. *literas autem in* Latium *intulere Pelasgi Plin.lib.*7.*c.*56. 197 *Pezzel.in mellific. histor.Virg.lib.*6.*æneid.vers.* vidi & crudeles dantē Salmonea pœnas. *Ouid.lib.*14.*v.*623.*de Romulo Liu.lib.*4.*decad.*3.*vers.* Archimedes is erat: *Plut. in Marcello,& in Demetrio* 198 *Ricc.de Christ. exped.Sinar.lib.*1.*c.*3. 199 *Diog. Laert. de vit. Phil. lib.* 5. *in princip. Valtur. de re milit. lib.* 10.*cap. vlt. fol. mihi* 661. *& sequen.* 200 *Apul. metam.lib.*9.*ibi*, nihil triste de me fili metuas, non sum barbarus, nec agresti morum squallore præditus, nec ad exemplum machinæ truculentæ sulphuris te lethali fumo necabo. *Senec.natur.quest. lib.*2. *cap.*16. *in fin. ibi*: Nubium inter se compressarum angustiæ medium spiritū emittunt, & hoc ipso inflam-

mant,

mant, & tormenti modo eiciunt *Fl. Ioſ. Bell. iud. lib. 3. cap. 9. in fin. & lib. 6. c. 7. propè med. Valtur. loco cit.* 201 *Port. in mag. natur. lib.* 17. *c.* 11. *ibi* Ptolemæi ſpeculum, ſeu ſpecillum potius, quo per ſexcenta millia peruenientes naues conſpiciebat. 202 *forſan in inſtrumento à Icone compoſito, de quo ſupra n.* 155. 203 *Plin. lib.* 7. *c.* 21. *ibi*: idem Cicero fuiſſe, qui præuideret centum triginta quinque millia paſſuum, huic & nomen Marc. Varro reddidit Strabonẽ vocatum, ſolitum autèm Punico bello à Lilibeo Siciliæ Promontorio exeunte claſſe Carthaginis portu, etiam numerum nauium dicere, &c. *id. apud Ælian. de var. hiſtor. lib* 11. *cap.* 13. *quod crederem Teleſcopij auxilio factum, cum vſum haberent perſpicillorum, Plin. lib.* 37. *cap.* 5. *ibi*: Smaragdi ijdem, plerumque & concaui, vt viſum colligant &c. Nero Princeps Gladiatorum pugnas ſpectabat ſmaragdo. *Cic. lib.* 3. *de legib. ibi*. Eſculapiorum primus Apollinis, quem Arcades cõlunt, qui ſpecillum inueniſſe, primuſq; dicitur vulnus obligauiſſe. *Plaut. apud Panc. rer. mem. lib.* 2. *tit.* 15. *ibi*: Vitrum cedo, neceſſe eſt perſpicilio vti: *vnde incredibile videtur longo tempore non inuentũ, quod plures eodem tempore reperere Ion. Nic. in vita Galilei Stellut. in Perſ. ſat.* 1. *in verb.* nõ ſecus ac ſi õculo, *quod de Tipographia refert Adr. Iun. in Batau. hiſt.*

cap. 17. 204 *Cic.de diu. lib.*1. *in princip.* 205 *Cic.de diu.lib.*1. 206 *Plut.quæſt.Rom.*24. 207 *Chircher. in Oedipo ægipt. p.*1. *Sintagm.* 4. 208 *Reg.lib.*3.*c.*9.*n.*26.*&* *c.*10.*n.*11.*&* 21. *Hic obſeruandum nauigationem Salomonis în Ophir fuiſſe in Hiſpaniolam Chriſtoph. Columb. Robert. Stephan. Genebrad. ad ann. mund.*3150. *Franc. Vatablus* 3.*reg.c.*9. *In Peruuiam Arias Montan. Hiſpalen. in l. Phaleg.de gent.prim. ſed.in præfat.& c.*9.*de tertia terræ parte pag.*11. *Io.Gorop. Becan. lib.*7. *Hiſpan. pag.*105.*&* 112. *Guliel.Poſtell. in comment. rer.atlantic.item in compen. Coſmogr. M.Marinus Brixianus de arca Noe in voce* Ophir. *Genebrard. in Chronic. ad ann. mund:* 1830. 3150. 5572. *Ant. Poſſeuin: lib.*3. *biblioth. ſelect.cap.*8. *Theod. Zuingh theatr.vit.hum. tom.*23.*lib.*2. *pag.*8969. *Th.Bozius Eugubin.lib.*20.*de ſign. Eccleſ. Franc. Roder.Iepes.in hiſtor. puer.Innoc. crucifixi. Dauid de Pomis in germin.Dauid in Ophir.Greg.Garzias Domin.de ind.occid.orig.lib.*4.*c.*2.3. *& ſeq. Martin. del Rio ad med. Senec. Io. Auen. in lib. radic. hebr. ſub rad.Ophir. pag.*48. *Val. Schindl. in pentaglot.col.*1477. *Franc.de interpret. ſcript. fol.mihi* 179. *Eraſm.Schmit.in oratione de America, addiecta* Pind. *pag. m.* 261. *Petr. Mart. comment. in* 1 *reg.*9.*p.mihi* 9. *Henric.Alſted.in mathem.Io. de Pined lib.*4 *de reb. Salomonis c.*16.*n.*16. *f.*288. *Fuiſſe in Peruuiũ, & Mexic Thom. Maluenda.Oreg.*

Garz.

Garz. Vatablus. Prædictæ auctorum opiniones desumptæ sunt ex Martino Lippenio in nauig. Salomon. in Ophir, qui tamèn diuersam sententiam tueri conatur. 209 Aristotel. de admirand. auditionum. 82. 210 Solin. polhist. cap. vlt. Gonzal. Fernand. in hist. gen. & nat. Ind. occid. lib. 2. cap. 3. apud Ioan. Bapt. Ramus. vol. 3. nauig. fol. m. 78. Reusner. in Isagog. hist. in princ. Reiner. in meth. histor. fol. 3. & in sintagm. p. 1. fol. 498. Gothofred. ad ædict. Iustin. 11. in prin. Griphiand. de insul. c. 25. num. 92. & sequen. 211 Plat. in Timeo. 212 Ael. lib. 3. de var. hist. c. 18. 213 Plutarc. de placit. philos. lib. 2. cap. 1. Diog. Laert. in vit. philos. Aelian. de var. hist. lib. 4. cap. vlt. Cornel. Agripp. de vanit. scient. cap. 51. 214 lib. continens capita præcipua temporum ab origine mundi supputationis, desumptus è Museo Io. Georg. Heruart. cap. 8. 9. 10. & sequen. 215 Virg. æneid. 6. vers. Iacet extra sydera tellus. Senec. in med. act. 2. in fin. vers. Venient annis sæcula seris. 216 Io. Bissell. Argonauticòn Americanorum lib. 2. fol. 93. ex Metello Sequano epist. de mirabilib. Ind. 117 Psalm. 18. D. Paul. ad Rom. c. 10. 218 Homer. odiss. lib. 10. in princ. 219 Quod Ægiptijs fuerit in vsu Ioannes Frideric. Heruart. admirand. Ethnic. theol. mistic. propalat. ex tabula Bembina. Quod Tyrijs, & Sydonijs Leuin. Lemn. de occult. nat. mirac. lib. 3. cap. 4. fol. 498. Nic. Fuller. lib. 4. miscell. sacr. cap. 19.

Quod Chinenſibus Gilbert de magnet. Fuller.ibid. Quod Salomoni Abulenſis, Liran. 10. de Pineda lib 3 Salm. præu c, 22. ſect. 9. num 11. & lib. 4. c. 15. n. 4. Fuller. d c. 19. Quod Romanis Plaut in Trinum ſcen. ſtatime fac te. *ibi.* cape vorſoriam, recipe te ad hærum. *Præſertim verò nepotibus Noe, quibus obtigit ius Inſularum; non poteſt enim fieri Indicum iter ſinè pyxide,* Petr. Giez. *hiſtor. Indic. c. 9. Gomar. lib. 1. hiſtor. gener lib. Ind.* 220 *Vitruu. Architect. lib. 10. c. 14* Lactant. *Firmian. lib. 2 c. 5.* 221 *l. quæſitum* 12. *§. papinianus* 23. *verſ.* excepto horologio æreo, quod non eſt annexum, *ff inſtruct vel inſtrum. leg.* 222 *Plut in vita Marcell. Cicer lib. 5 tuſcul quæſt. Adden. ad Pãcirol. lib. 2. rer memor. tit.* 10. Hiero *libb. de machin. & de ſpiritalib. Plutarc. in Demetr. Crinit. lib.* 19. *c.* 2. 223 *Plin. lib.* 21. *c.* 10. *lib.* 23. *c.* 6. *lib.* 25. *c.* 1. *lib.* 17. *c.* 10. 224 *Ouid. metam. lib.* 15. *verſ.* tempus ædax, *Petrarc. in triumph. temporis verſ.* Paſſan noſtri trionfi. 225 *Plutarc. de fort. Roman. in fin. &* Liu. *lib.* 6. 226 *Sueton. in* Calig. *cap.* 34. 227 Lact. *Firm. de falſ. ſapient. lib.* 3. *c.* 24. D. *Auguſtin. de Ciuit Dei lib.* 16. *c* 9. 228 *Macrob. inſomn. Scip. lib.* 2. *cap.* 5. *fol* 174. 229 *Ptolem. quadrip. lib.* 2. *in princ. & Sent.* 50. *Albumaſar lib. de mag. coniunct. Senec. de conſ. ad* Helu. *cap.* 6. *verſ.* Aſpice ſydera &c. 230 *Eccleſiaſt. c.* 1. *verſ.* 9. *Arnob. adu. gent. lib.* 1. *f.* 4. 231 *Plato in Mem-*

non.

nion. Arnob. aduer. gent. lib. 2. 232 *Cassiod. var. lib.* 8. *c.* 18. 233 *Ouid. metam. lib.* 15. *vers.* morte carent animæ. *Senec. ep.* 108. *vers.* at Pythagoras *Lucian. dialog. qui inscrib. Alcyon. &* Gallus. *Crinit. de honest. discipl. lib.* 11. *c.* 3. 234 *l. Paulus, l. testis, cum simil. ff. Test.* 235 *§. in fraud. instit. quib. ex caus. manumit. non lic. l.* 10. *ff: qui, & à quib.* 236 *Horat. lib.* 4. *od.* 9. *Senec. vbiq; Quintil. in dial. orat. Ouid. metam. lib.* 1. *Senec. ep.* 64. *Cel. Rodig. lect. antiq. libb. Lipsi. Tuneb. Gruter.* 237 *Lel. Bisciol. horar. subseciu. lib.* 19. *c.* 2. *Biderman. agonosticon. lib.* 1. *c.* 9 238 *Biderm. ibid.* 239 *Petr. Ram. in prohœm. lib.* 2. *obseru. math. Lel. Bisciol. horar. subseciu. lib.* 19. *c.* 11. *Guliel. Salust. Bertras. in septim. Diu. die* 6. *Adden. ad Panc. lib.* 2. *tit.* 10. *fol. m.* 231. *Biderman. ibid.* 240 *Felix Astolph. in officin. Historic. lib.* 2. *cap. vlt.* 241 *Cardan. de subtilit. lib.* 16. *in fin.* 242 *Scalig. exercit. aduers. Cardan.* 336. *Adden. ad Panc. lib.* 2. *tit.* 1 *in fin.* 243 *Guliel. Salust. Bertras. loco cit.* 244 *Adden. ad Panc. lib.* 2. *rer. mem. tit.* 10. *ex Paulo Iouio, & Sabellico lib.* 24. *in supplem. histor.* 245 *Famian. Strad. de bell. belg. lib.* 6. *decad.* 2. 246 *Sidon. Apoll. lib.* 8. *ep.* 6. 247 *Ammian. Marcell. Histor. lib.* 16. *f.* 48. *vide Senec. de cõsol. ad Helu. vers.* O quam multarum regia opera in obscuro iacent &c. 248 *Biderman. Agonostic. lib.* 1. *cap.* 7. *ex Christophoro Nitedula in relat. ann.* 1599. 249 *Biderman. ibidem ex Maffeo rer. indic. lib.* 5.

250 *Guttier.de fascin.dub.3. n.42.* 251 *Guttier. ibid.dub.2.num.9.ex Martin.del Rio,disquis. magic.lib.1.c.3.q.4.* 252 *Io.Bapt Porta magiæ nat. lib.16.cap.12.in fin.* 253 *Ioann.de S. Thoma qq. expositi.7.post 2.2.* 254 *Longin.de triplici magia. Petr.Seru. de vnguen. armar. Digbeus, Papin. Elmont.in theatr.Sympathet.* 255 *Biderman Agonistic.lib.1.c.9.* 256 *Io.Bapt. Porta element. curuilin.lib. seù de circul. quadrat. Greg à S. Vinc. seù Vincent.Leutoud.lib.2.exam.circ.quadr.* 257 *Iul. Camil.in trac.mater.Muller.mirac. chimic.* 258 *Geber,ac turba philosoph. in artis auriferæ contenta voluminib.* 259 *Io.Bapt.Porta 20.magiæ natural. libris.Schench. obseru. medicin. libb.* 260 *Cic. de diuin.lib.1. fol.m. 87.* 261 *Virg. eglog.2.* 262 *Horat.lib.1.od.10.* 263 *Sidon.Apoll. lib.8. ep.6.* 264 *Senec.ep.91.per tot.Flor.Histor.lib.1.in princ. Senec.de consol.ad Helu.c.6.per tot. et de consol. ad Polyb.c.20.de cons.ad Marc.c.20. Ammian. Marcell.lib.14.n.5.Iuret.ad Symach.lib.10.ep.1. Sleidan.de quatuor Imperijs.* 265 *l.domus 58.ff.leg.1 l.6.et 15.C.Theodos. de operib. publ. Cassiod. var. lib.1.ep.25.Ouid.lib 1.amor.eleg.8.vers.*caneſcũt. *Mamert.in panegir.Iulian. Senec.ep.91.vers.* nihil priuatìm, nihil publicè ſtabile &c. tam hominum, quam vrbium fata voluuntur . *& per tot.* 266 *Censorin.de die natal.c.14.Gell. lib.10. c.28.Senec.d.ep.91.* 267 *Plin.lib.7. c.48. Arist.*

de

de hist. anim. libb. Ælian. de hist. animal. Auson. Idil. XVIII. 268 *Arnob. adue. s. gent. lib. 7. Gell. lib. 20. c. 16. Liu. lib. 4. Cic. orat. 3. in Catil. Ammian. li. 16. l. 23. C. Theod. de appell. Symmac. li. 9. ep. 105 lib. 2. ep. 13. ibique latè Iuret.* 269 *Sidon. apoll. lib. 8. ep. 6. Ouid. metam. lib. 1. Beda de sex æt. mund. oper. tom. 2. Senec. de consol. ad Polyb. cap. 20.* 270 *Senec. epist. 97.* 271 *Tacit. ann. lib. II.* 272 *Quintil. in dialog. orat. fol. mihi 663.* 273 *Petron. in satir.* 274 *Salust. in prohæm. bell. Catilin.* 275 *Cic. lib. 3. de leg. fol. m. 184.* 276 *Plut. de music. fol. m. 521.* 277 *Quintil. seu Cornel. Tac. in dial. orat. fol. m. 654. latè Ammian. Marcell. histor. lib. 14. n. 5.* 278 *Virgil. eglog. 1.* 279 *Ludouic. Viu. de caus. corrupt. art. per tot. præcipuè lib. 1. Io. Pier. Valerian. de literator. infelicit.* 280 *Ioannes Thom. Freig. in ep. ad lect. apud Rosin. de antiq. Rom.*

Vide Guid. Pancir. rer. mem. lib. 1. & 2. ibique Adden. Io. Seruil. de admirand. antiq. oper. et vetust. eu. reb. magnific. Lips. admirand. seu. de magnit. vrb. Cassiod. var. lib. 7. epist. 15. vbi miranda orbis, & vrbis describuntur. Vliss. Aldrouand. de admirand. Cardan. de subtilit. lib. 17. per tot. vbi de actibus, artificiosisque rebus nouis, et veteribus, et lib. 18. vbi de mirabilibus, et modo repræsentandi res variasprater fidem. id. de variet. rer. lib. 8. cap. 40. vbi de admirand. humanæ naturæ. Petron. Arbit. satiric. vers. in Pinacothecam perueni *vbi ve-*

*tuſtæ picturæ miracula . Orationes apud Roſin. de antiquit.hoc eſt Io.Thom.Freig.*de Antiquitate, *Philib.Reiſter.*de antiquit. laud. *Conrad. Muller* Quod Antiquitas nouitati præferatur . *Iacob. Pomer.* Antiquitatem non vbique præferendã. *Abb. ſecund.Lancellott.lib.qui inſcribitur* L'Hoggidì. *Gaſpar Areies in Elyſio iucũdar.quæſt campo queſt.25. fol.165. Cornel.Agripp. de vanit.ſciẽt. cap.28.de ædif.orb. mirabil.ibid.cap.22.de mirandis geometriæ ibid. c. 24. de mirandis picturæ ibid. c.28.de admirand.operum architecturæ , inter quæ ſtatua Nabucdonoſoris, ſpelunca Babilonica , cuius baſis quaqua verſus ſtadium impleuit, teſte Herodot. ac turris in profundo maris vitreis cancris ſuper-ſtructa .*

DI-

DISTINCTIO.

TACITE' quidam obmurmurans, ergò inquit rudem, inexpertam, inuidam, cadaueroſam excolemus Vetuſtatem vitiorum illuuie marcidam, buſto dignam, Plutoniſque faſtidium? Apage vetuſtatem iſtam. Non eam laudo, cuius perditi mores, & improbata religio: *huius enim auctoritas non eſt tempore æſtimanda, ſed numine* 1 Propterea mitto nunc tanquam vana, & ſuperſtitioſa, vaticinantes Bacchidem Beotum, Epimenidem Cretenſem, Amphiaraum, Thyreſiam, Helenum, & Caſſandram, Sibillas 2, Velledam *nationi Bructeræ latè imperitantem, veteri apud Germanos more, quo pleraſque fœminas fatidicas, & augeſcente ſuperſtitione arbitrantur Deas* 3, honeſtam, fatidicamque puellam 4, ac Papinianũ Iuriſconſultum 5, Epimenidem poſt annos quinquaginta, Teucrum poſt duodecim experrectos 6; Taigetem puerum diuinitùs exaratum 7; ſimulacrum Deæ Peſſinunticæ è cælo delapſum 8; Palladium, quod Græcorum vix poſitum caſtris

------arſere coruſcæ
Luminibus flammæ arrectis, tantuſque per artus

Sudor ijt, terque ipſa ſolo, mirabile dictu,
Emicuit, parmamque ferens, haſtamq; trementē

Penates Deos, *quos Æneas Troia aduectos Lauin.*
collocauerat, inde ab Aſcanio filio eius Albam
quam ipſe condiderat, tranſuectos, priſtinum ſa
crarium repetiſſe 10; Lapidem fugitiuum, qu
è Pritaneo ſæpè profugum fixere plumbo 11
oblocuta, ſimulacrum Iunonis monetæ, a
Fortunæ muliebris 12; *deuſto ſacrario Salio-*
rum, nihil in eo præter lituum Romuli intactum
repertum eſſe; Seru. Tullij ſtatuam, cum ædes For
tunæ conflagraret, inuiolatā permanſiſſe; Q. Clau-
dij ſtatuam in veſtibulo templi Matris Deum poſi-
tā, bis ea æde incendio conſumpta, prius P. *Naſic*
Scipione, & L. Beſtia, item M. Seruio, & L. Lamic
Coss. in ſua baſi flammis intactam ſtetiſſe 13; *cun-*
ctis circumflagrantibus ſolam Tiberij effigiem ſti
in domo Iunij Senatoris, inuiolatam manſiſſe; eue-
niſſe id olim Claudiæ Quintiæ, einſque ſtatuam
vim ignium bis elapſam maiores apud ædem Matri.
Deum conſeruauiſſe: ſanctos, acceptoſque Numi-
nibus Claudios 14; *Seru. Tullij prætextas, quibus*
ſignum Fortunæ, ab eodem dicatæ coopertum erat,
durauiſſe ad Seiani exitum, mirumque fuiſſe, nec
defluxiſſe eas, nec teredinum iniurias ſenſiſſe an-
nis DLX 15; fragmentum nauis Argo vene-
ratione quadam ad Martialem vſque publicè
conſeruatum; haſtam Amphiarai in laurum

con-

conuerſam [16]; ſplendorem Seru. Tullio [17], L.Manio concionanti [18], Q. Saluidieno gregem paſcenti [19], & C.Marij ambientem caput innoxiè [20]; Accium Nauium nouaculam cotem Tarquinio ſecare iubentem [21]; Virgines, Claudiam humanis immotam viribus nauem zona facillimè pertrahẽtem [22]; Tuciam cribro tyberis aquam haurientem [23] Æmiliam carbaſo extinctum ſacrum ignem è frigidis elicientem cineribus [24]; Magnum Alexandrum ſicco pede mare Pamphilium traicientem [25]; Habidem ab expoſitione, proiectione, beſtijs, naufragio ſeruatum [26]; Zenobiam vxorẽ Rhadamiſti à ſubmerſione [27]; Iolam, Cluſiamque à præcipitio [28]; adiutos, tempeſtatibus, aduerſus Annibalem Romanos [29]; Agarenos aduerſus Romanos [30], Theodoſium aduerſus Eugenium Gallorum Regẽ [31]; à Caſtore, & Polluce Romanos [32]; eoſdem à Marte aduerſus Brutios, & Lucanos [33]; ab alite ſacra Coruinum [34]; *Traianum in terræ motu ab accedenti forte quadam humana maiori effigie inter exiguos tectorum lapſus incolumen ſubtractum* [35]; Simonidis ſalutem ab imminenti maris exitio defenſam, ruinæ quoque miraculo ſubtractam [36]; Cæſarem *Alexandri corpus vidiſſe, & contrectaſſe ità, vt ferant naſum illius ab eo paululum fractum* [37];

Auguſtum infantem *repoſitum veſperè in cuna à Nutricula loco plano, poſteraluce non comparuiſſe, & diù quæſitum, tandèm in altiſſima tùm repertum iacentem contrà Solis ortum* 38 ; eundem puerilis imperio vocis ranas obſtrepentes ità coercuiſſe, vt amplius in auito ſuburbano non coaxauerint 39; nec licuiſſe impio homini locum eius incunabulorum intrare 40 ; affuiſſe Neronis infantiæ dracones in modum cuſtodum 41 ; Aſclepiadem mortuum hominem vitę reddidiſſe 42 ; Pirrhum dexteri pedis digito, quem nec poſt mortem ignis conſumpſit, ſplene laborantem curaſſe 43 Veſpaſianum luminibus orbato lucem, crure debili reſtituiſſe ſanitatem 44 ; Adrianum cęco à natiuitate lucem tribuiſſe , ſibique vitam longiorem 45 ; M: Antoninum *fulmen de cælo præcibus ſuis contra hòſtium machinamentum extorſiſſe, ſuis pluuia impetrata, cum ſiti laborarent* 46 ; Pentagonum profeciſſe ſaluti 47 ; fęlicitati imaginem Alexandri 48 ; ad Cæſaris pedes proſiluiſſe piſces 49 ; bouem ante Veſpaſianum procubuiſſe 50 ; Apollonium Thianeum Romæ diſparuiſſe, Thianæ Domitiani necem in vrbe perpetratam cognouiſſe, futura prænunciaſſe, virginem ipſo nuptiarum die mortuam vitæ reddidiſſe, eidem templi fores ſpontè patuiſſe , compedes ſolutas, canes alioquì feroces

roces blanditos, eundemque ab vlmo apud Gymnosophistas salutatum, & compellatũ 51; Diadumenum,quem *Leo ruptis vinculis puerum delinxit, & intactum reliquit* 52; vngulas 53, *pilosque crescere defunctorum quoque corporibus* 54; *hominem solum emisso humore cęcitate liberatum, ac post vigesimum annum multis restitutum esse visum* 55; arte magica dæmones missos 56; *maleficijs tandem,quis creditum, animas infernis numinibus sacratas* 57, cætera postremò, quæ ab Herodoto, Diodoro, Pausania, Liuio,Suetonio, Valerio Maximo, Iulio obsequente, ac similibus referuntur. Mitto,inquam,hæc tamquam vana, & superstitiosa, *fabulosa, & externis miraculis assimulata* 58, ne cogar miscere sacrà prophanis, atque incongrua breuitate, vera Christianæ fidei, ac Sanctorum Patrum miracula cohercere. De naturalibus ergo tantum virtutibus loquens Antiquitatis,non eam laudo, quæ inutilis existens docet

Quantum distet ab Inacho
Codrus, pro patria non timidus mori,
Narrat & genus Æaci
Et pugnata sacro bella sub Ilio 59.

Qua *quæritur quem numerum remigum Vlixes habuisset, prior scripta esset Ilias, an Odyssea: præterea an eiusdem esset auctoris* 60: an *Auentinus mons extra pomœrium fuerit, vt quidam affirma-*

bat, propter alteram ex duabus cauſis; aut quòd plebs eo ſeceſſiſſet, aut quòd Remo auſpicante illo loco aues non addixiſſent: de patria Homeri, de Æneæ matre vera: an libidinoſior Anacreon, an ebrioſior vixerit: an Sapho publica fuerit, & alia, quæ eſſent dediſcenda ſi ſcires 61.

Non eam, in qua tanta luxuriæ ſpolia, vt *viderint elaboratam ſcrupuloſa diſtinctione teſtudinem, & fœdiſſimorum, pigerrimorumque animalium teſtas, ingentibus prætijs emptas, in quibus ipſa illa, quæ placet varietas, ſubditis medicamentis, in ſimilitudinem veri coloratur: viderint menſas, & æſtimatum lignum Senatoris cenſu, eò prætioſiùs, quò illud in plures nodos, arboris infœlicitas torſit: viderint criſtallina, quorum accendit fragilitas prætium: omnium enim rerum voluptas apud imperitos ipſo, quo fugare debet, periculo creſcit: viderint murrhina pocula, parùm ſcilicet luxuria magno furit, niſi quod vomant capacibus gemmis inter ſe propinarent: viderint vniones non ſingulos ſingulis auribus comparatos: iam enim exercitatæ aures oneri ferendo erant; iungebantur inter ſe, & inſuper alij bini ſuperponebantur: non ſatis muliebris inſania viros ſubiecerat, niſi bina, ac terna patrimonia auribus perpendiſſent: viderint ſericas veſtes, ſi veſtes vocandæ ſunt, in quibus nihil eſt, quo defendi, aut corpus, aut denique pudor potuiſſent; quibus ſumptis mulier parùm liqui-*

dò

dò nudam se non esse iurasset. Hæc *ingenti summa ab ignotis etiam ad commercium gentibus accersebantur; vt matronæ, ne adulteris quidem plus sui in cubiculo, quam in publico ostenderent* 62.

In qua intolerabilis hominum luxuria *ebore substineri vult, purpura vestiri, auro tegi, terras transferre, maria concludere, flumina præcipitare, nemora suspendere, aceruis auri, argentique incubare, prouinciarum nominibus agros colere, & sub singulis villicis latiores habere fines, quam quos Consules sortiebantur; magna libidine animi transnatare freta, puerorum greges castrare, sub gladiũ mariti venire vxorem morte contempta, atque summa ambitione non contenta honoribus annuis, si fieri potest, vno nomine occupare fastos velle, ac per omnem terram titulos disponere* 63.

Non eam, in qua Apicius *cum sestertiũ millies in culinam congessisset, cum tot congiaria Principum, & ingens Capitolij vectigal singulis comessationibus exorbuisset, ære alieno oppressus rationes suas tunc primum coactus inspexit, superfuturum sibi sestertium centies computauit, & velut in vltima fame victuras si sestertio centies vixisset, veneno vitam finiuit* 64. In qua *Mindridem aiunt fuisse ex Sybaritarum ciuitate, qui cum vidisset fodientem, & altiùs rastrum alleuantem, lassum se fieri quæstus vetuit illum opus in conspectu suo facere: idem sæpiùs quæstus est, quod foliys roseæ du-*

plicatis incubuisset 65. In qua *nullus à pœna hominis cessauit dies, ne religiosus quidem, ac sacer: animaduersum in quosdam ineunte anno nouo: accusati, damnatique multi cum liberis, & parentibus: interdictum ne capite damnatos propinqui lugerent: decreta accusatoribus præmia, nonnunquam & testibus: nemini delatori fides abrogata: omne crimen pro capitali receptum, etiam paucorum, simpliciumque verborum: immaturæ puellæ, quia more tradito nephas esset virgines strangulari, vitiatæ prius à carnifice, dein strangulatæ: mori volentibus vis adhibita viuendi* 66. In qua *ostendebat Nero hermaphroditas subiuges cerpento suo equas, in Treuerico Galliæ agro repertas, ceù planè visenda res esset Principem terrarũ insidere portentis* 67. In qua licuit impunè Principibus cothurnata scelera exhibere, in scenam, arenamque prodeuntibus 68; Deorũ sibi nomina vsurpare 69; calidis, frigidisque vnguentis lauari 70; prętiosissimas margaritas aceto liquefactas sorbere; conuiuis ex auro panes, & obsonia adponere 71; pontibus calcare Pontum 72, ac sola vanitate montes excindere, ac terebrare 73; libidinesque vniuersas pro libidine exercere 74.

Non eã, in qua *Domitianus Principibus Senatorij, & equestris ordinis conuiuium in hunc modũ fecit. Apparauit ædes nigerrimas ex omnibus partibus:*

tibus: erant enim atra laquearia, parietes, ac pauimentum, in eoque ſedes nudæ eodem modo collocatæ erant. Quibus paratis rebus, eos de nocte introduci iubet abſque comitibus; ac primùm omnium iuxtà vnumquemque columnam collocat, factam inſtar ſepulcri, in qua nomen eius ſcriptum erat, pendebatque de ea Lychnuchus paruus, vt aſſolet in monumentis: tum nudi pueri, atramentoque obliti, tanquam ſpectra quædam ingrediuntur, ipſoſque horribili ſaltatione circumeunt; eoque facto ante pedes ipſorum conſiſtunt; fiuntque ad extremũ omnia, quæ in exequijs mortuorum fieri ſolent: nam & res atræ in vaſis eodem modo eis appoſitæ fuerũt: quas ob res quiſque maximè reformidare cæpit, & perhorreſcere, quod ſe iam expectarent interfectum iri; præſertim quod cæteris magnum ſilentium erat, quaſi iam mertui eſſent; quodque Domitianus ſermonem habebat de ijs rebus, quæ ad mortem, quæue ad cædes pertinerent. Tandem verò illos dimittit, præmiſſis famulis ipſorum, qui in veſtibulis ædium remanſerant. Cumque præparaſſet alios incognitos homines, à quibus domum reducerentur, vehiculis, & lecticis datis, ijs metum multò maiorem incuſſit. Iam quiſque domum venerat, iamque reſpirare quodam modo incipiebat, cùm nuntiatum eſt nonnullos ab Auguſto venire. qua ex re eis mori omninò expectantibus, ab vno horum oblata eſt columna argentea, ab altero aliud quidpiam, ab alio

uas, ex ijs, quæ in cœna apposita fuerant, quæque erant præciosissima, postremò puer demonion uni-cuique lotus, & ornatus obtulit, eoque pacto illi totam noctem magno timore perculsi munera acceperunt 75.

Non eam, in qua luxuriæ compendium Heliogabalus *primus omnium priuatorũ toros aureis toralibus texit; æstiua conuiuia coloribus exhibuit, ut hodie prasinum uitreum, alia die uenetum deinceps exhiberet, semper uariè per dies omnes æstiuos. Primus deindè mensas, & capsas argenteas habuit; primus etiam cacabos; uasa deinde centenaria argentea scalpta, & nonnulla schematibus libidinosissimis inquinata. & masticatum, & pulentatum, & omnia hæc, quæ nunc luxuria retinet, primus inuenit: nam rosatum ab alijs acceptum, pinearum etiam attritione odoratiùs reddidit. Denique hæc genera poculorum ante Heliogabalum nõ legũtur. Nec erat ei ulla uita, nisi exquirere nouas uoluptates. Primus fecit de piscibus insitia, primus de ostreis, & leiostreis, & alijs huiusmodi marinis conchis, & locustis, & cammaris, & scillis. Strauit & triclinia de rosis, & lectos, & porticus, ac sic per ea deambulauit; idque omni florum genere lilijs, uiolis, hyacinthis, & narcissis. Hic nonnisi unguento nobili, aut croco piscinis infectis natauit; nec cubuit in accubitis facilè, nisi in ijs, quæ pilum leporinum haberent, aut plumas perdicum saba-*

ſubalares, ſæpè culcitas mutans. Senatum nonnunquam ità contempſit, vt mancipia togata appellaret; P. verò R. vniusfundi cultorem, equeſtrem ordinem in nullo loco habens. Præfectum vrbicum ſæpè poſt cœnam ad potandum vocabat, adhibitis & Præfectis Prætorio ità, vt ſi recuſarent Magiſtri eos cogerent. Voluit & per ſingulas vrbes Lænones Præfectos vrbi facere, & vt eſſent in vrbe quatuordecim; & feciſſet ſi vixiſſet: promoturus omnes turpiſſimos, & vltimæ profeſſionis homines. Hìc ſolido argento habuit lectos, & triclinares, & cubiculares. Comedit ſæpiùs ad imitationem Apicij calcanea camelorum, & criſtas viuis gallinaceis demptas, linguas pauonum, & luſciniarum; quod qui ederet epilepſia tutus diceretur. Exhibuit & Palatinis ingentes dapes extis mullorum refertas, & cerebellis phenicopterum, & perdicum ouis, & cerebellis turdorum, & capitibus ptittacorũ, et faſianorũ, & pauonum. Barbas ſanè mullorũ tãtas iubebat exhiberi, vt pro naſcentis apiaſteris, & facelaribus, & fœno græco exhiberet plenis fabatarijs, & diſcis, quod præcipuè ſtupendũ eſt. Canes iocineribus anſerũ pauit. Habuit leones, & leopardos exarmatos in delicijs, quos edoctos per manſuetarios, ſubitò ad ſecundam, et tertiam menſam iubebat accumbere, ignorantibus cunctis, quòd exarmati eſſent, ad pauorem, et ridiculum excitandum. Miſit & vuas Apamenas in præſepia equis ſuis, & pſittacis, atque

faſianis: leones pauit, et alia animalia exhibuit, et ſumina aprina per dies decem, tricena quotidiè cũ ſuis bulbis, piſum cum aureis, lentem cum cerauniis, fabam cum electris, & orizam cum albis exhibens vaſis: albas præterea à piperis piſcibus, & tuberibus conſperſit. Oppreſſit in triclinijs verſatilibus paraſitos ſuos violis, et floribus ſic, vt animam aliqui efflauerint; cum eripi ad ſammum non poſſent: Condito piſcinas, et folia temperauit, et roſato, atque abſynthio vulgus ad bibendum inuitauit; & ipſe cum populo tantùm bibit, vt in piſcina cum bibiſſe intelligeretur: viſo quod vnus bibiſſet, eunuchos pro aphroditis dedit. Dedit quadrigas equos ſtratos, mulos, baſternas, et rhedas; dedit et aureos millenos, et centena pondo argenti. Sortes ſanè conuiuales ſcriptas in cochlearibus habuit tales, vt alius exhiberet decem camelos, alius decem muſcas, alius decem libras auri, alius decem plumbi, alius decem ſtruthiones, alius decem ouа pullina, vt veræ ſortes eſſent, et fata tentarentur: quod quidem et ludis ſuis exhibuit: cum et certos decem, et decem griles, et decem lactucas, et decem auri libras in ſorte habuit; primuſque hunc morem ſortis inſtituit, quem nunc videmus. Sed verè ad ſortem ſcenicos vocauit, cum et canes mortuos, et libram bubulæ carnis haberet in ſorte. Et item centum aureos, et mille argenteos, & centum folles æris, & alia talia, quæ populus tam libenter accepit, vt

eum postea imperare gratularetur. Fertur in Euripis vino plenis nauales Circenses exhibuisse, pallia Deo Enanthio fudisse, & Elephantorum quatuor quadrigas in Vaticano agitasse, dirutis sepulcris, quæ obsistebant. Iunxisse etiam camelos quaternos ad currus in circo priuato spectaculo. Serpentes per Marsicæ gentis Sacerdotes collegisse fertur, eosque subitò ante lucem, vt solet populus ad ludos celebres conuenire, effudisse, multosque afflictos morsu, & fuga.

Vsus est aurea omni tunica, vsus & purpurea, vsus & de gemmis persica, cum grauari se diceret onere voluptatis. Habuit *& in calceamentis gemmas, quæ pedibus adhærebant: voluit vti & diademate gemmato, quia pulcrior fieret, & magis ad fœminarum vultum aptus, quo & vsus est domi. Fertur & promisisse phœnicem conuiuijs, vel pro ea libras auri mille, vt in Prætorio eas dimitteret. Marinæ aquæ columbos exhibuit. In mediterraneis locis maximè eosdem & singulis amicis natantibus dimisit, & iterum cum piscibus impleuit. Montem niuium in viridario domus æstate fecit aduectis niuibus. Ad mare piscem nunquam comedit; in longissimis à mari locis omnia marina semper exhibuit; murenarum lactibus, & luporum in locis mediterraneis rusticos pauit. Pisces semper quasi in marina aqua cum colore suo coctos conditura-*

ueneta comedit : momentarias de rosato , et rosis piscinas exhibuit , & bibit cum omnibus suis caldaria de nardo exhibens . Item in lucernis balsamum exhibuit; idem mulieres nunquam iteranuit præter uxorem . Lupanaria domi amicis, clientibus , & seruis exhibuit : idem nunquam minus centum HS. *cœnauit, hoc est argenti libris triginta. Aliquando autem tribus millibus* HS. *cœnauit, omnibus supputatis , quæ impendit . Cœnas verò & Vitellij, & Apicij uicit . Pisces ex uiuarijs suis bubus traxit ; per macellum transiens mendicitatem publicam fecit . Parasitos ad rotam aquariam ligabat , & cum uertigine sub aquas mittebat, rursusque in summum reuoluebat; eosq; Ixionios amicos uocauit . Strauit & saxis Lacedemonijs, ac porphireticis plateas in palatio , quas Antonianas uocauit . Constituerat & columnam unam dare ingentem , ad quam ascenderetur intrinsecùs ità , ut in summo Heliogabalum Deum collocaret ; sed tantùm saxum non inuenit, cum id de Thebaide afferre cogitaret . Ebrios amicos plerumq; claudebat , & subitò nocte leones , leopardos , & ursos exarmatos immittebat ità, ut expergefacti in cubiculo eodem leones, ursos, pardos, cum luce, uel quod grauius, nocte inuenirent, ex quo plerique exanimati sunt . Multis uilioribus amicis folles pro accubitis sternebat, eosque reflabat prandentibus illis ità, ut plerumque subitò sub mensis inuenirentur pran-*

den-

dentes. Primus denique inuenit ſigma in terra ſternere, non in lectulis, vt à pedibus vtres per pueros ad reflandum ſpiritum ſoluerentur. In inimicis adulteris ea, quæ ſolent ſimulatò fieri, effici ad verum iuſſit. Meretrices à lenonibus cunctis redemit ſæpè, & manumiſit.

Cum inter fabulas priuatas ſermo eſſet ortus quanti hernioſi eſſe poſſent in vrbe Roma, iuſſit omnes notari, eoſque ad balneas ſuas exhiberi, & cum ijſdem lauit, nonnullis etiam honeſtis. Gladiatores ante conuiuium pugnantes ſibi frequenter exhibuit. Strauit ſibi triclinium in ſummo luſorio; & dum prædaret noxios, & venationes ſibi exhibuit. Paraſitis in ſecunda menſa ſæpè ceream cænam, ſæpè ligneam, ſæpè eburneam, aliquando fictilem, nonnunquam etiam vel marmoream, vel lapideam exhibuit ità, vt omnia illis exhiberentur videnda de diuerſa materia, quæ ipſe cenabat: cùm tantùm biberēt per ſingula fercula, & manus, quaſi comediſſent, lauarent. Primus Romanorum holoſerica veſte vſus fertur, cum iam ſubſerica in vſu eſſent; linteamen lotum nunquam attigit, mendicos dicens, qui linteis lotis vterentur. Dalmaticatus in publico poſt cænam ſæpè viſus eſt.

Omnes de circo, de theatro, de ſtadio, & omnibus locis, & balneis meretrices collegit in ædes publicas, & apud eas concionem habuit quaſi militarem, dicens eas commilitones; diſputauitque de generibus

schematum, & voluptatum. Adhibuit in tali concione posteà lenones, exoletos undique collectos, & luxuriosissimos puerulos, & iuuenes; & cum ad meretrices muliebri ornatu processisset papilla iecta, exoletos habitu puerorum, qui prostituuntur, post cõcionem pronunciauit his, quasi militibus, ternos aureos donatiuum; petijtque ab his, vt alijs peterent, vt alios haberet ipsis commendandos.

Iocabatur sanè ità cum seruis, vt eos iuberet millena pondo sibi aranearũ deferre, proposito præmio, collegisseque dicitur decem millia pondo aranearum, dicens ex his intelligendum quam magna esset Roma. Mittebat parasitis per cellarios salarij annua, vasa cum ranis, & scorpijs, & cum serpentibus, & huiusmodi monstris; claudebat in eiusmodi vasis infinitum muscarum, apes mansuetas eas appellans. Quadrigas circensium in triclinijs, & in porticibus sibi semper exhibuit. Pransitans, & cœnitans conuiuas senes agitare cogens, nonnullos honoratos, iam Imperator iubebat sibi et decem muriũm exhibere, mille mustelas, mille sorices; dulciarios, et lactarios tales habuit, vt quæcumque coqui de diuersis edulibus exhibuissent, vel structores, vel pomarij, illi modò de dulcijs, modò de lactarijs exhiberent. Exhibuit parasitis cœnas et de vitreis, et nonnunquam tot picta mantilia in mensam mittebat his edulibus picta, quæ apponerentur, quot missus esset habiturus ètà, vt de acu, aut de textili pictura exhiberentur.

Non-

Nonnunquã tamen et tabulæ illis pictæ exhibebantur, ità, vt quasi omnia illis exhiberentur, et tamen fame macerarentur. Miscuit gẽmas pomis, et floribus; iecit et per fenestrã cibos totidẽ, quot exhibuit amicis.

Canes quaternos ingentes iunxit ad currũ, et sic est vectatus intra domum regiam; idq; priuatus in agris suis fecit: processit in publicũ et quatuor ceruis iunctis ingẽtibus. Iunxit sibi et leones, Matrem magnã se appellans; iunxit & tigres Liberum sese vocans; eodemque habitu agens, quo Dij pinguntur, quos imitabatur. Ægyptios dracunculos Romæ habuit, & hippopotamos, & crocodilum, & rhinocerotem, & omnia ægyptia, quæ per naturam suam exhiberi poterant. Struthiones, & camelos exhibuit in cœnis aliquoties, dicens præceptum Iudæis vt ederent. Illud sanè mirum videtur, quod dicitur ab eo factum, vt de croco sigma strauerit, cum summos viros rogasset ad prandium, pro eorum dignitate se dicens fœnum exhibere. Traiecit & dierum actus noctibus, & nocturnos diebus, æstimans hoc inter instrumenta luxuriæ ità, vt serò de somno surgeret, & salutari inciperet; mane autèm dormire inceptaret. Amicis quotidiè, nec quemquam facilè indonatum relinquebat, nisi quem frugi, quasi perditum, reperiret. Habuit gemmata vehicula, & aurata, contemptis argentatis, & eboratis, & æratis. Iunxit & quaternas mulieres pulcherrimas, & binas ad papillam, vel ternas, & amplius,

& ſic vectatus eſt; ſed plerumque nudus, cum illum nudæ traherent.

Habuit & hanc conſuetudinem, vt octo caluos rogaret ad cęnam, item octo luſcos, & item octo podagroſos, octo ſurdos, octo nigros, octo longos, & octo pingues, cum capi non poſſent vno ſignate, vt de his omnibus riſus citaret. Donauit & argentum omne conuiuis, quod habuit in conuiuio, & omnem apparatum poculorum; idque ſæpiùs; hidrogarũ romanorum ducum primus publicè exhibuit; cùm antea militaris menſa eſſet, quam poſteà ſtatìm Alexander reddidit. Proponebat prætereà his quaſi themata, vt iura noua dapibus condiendis inuenirent, & cuius placuiſſet commentum, ei dabat maximum præmium ità, vt & ſericam veſtẽ donaret, quæ tunc in raritate videbatur, & in honore. Si aliquis autem diſplicuiſſet, iubebat, vt ſemper id comediſſet quamdiù tamèn melius inueniſſet. Semper ſanè aut inter flores ſedit, aut inter odores prætioſos: amabat ſibi prætia rerum maiora dici earum rerũ, quæ menſæ parabantur, orex in conuiuio hanc eſſe aſſerens. Pinxit ſe vt cupedinarium, vt ſeplaſiarium, vt popinarium, vt tabernarium, vt lenonem, idque totum domi ſemper exercuit. Sexcentorum ſtruthionum capita vna cęna multis exhibuit ad edenda cerebella. Exhibuit aliquandò & tale conuiuium vt haberet viginti & duo fercula ingentiũ epularum, ſed per ſingula lauarent, & mulieribus

vte-

uterentur, & ipſe, & amici cum iureiurando quod efficerent uoluptatem. Celebrauit item tale conuiuium, ut apud amicos ſingulos ſingulimiſſus apparentur, & cum alter maneret in Capitolio, alter in palatio, alter ſuper aggerem, alter in Celio, alter trans Tyberim, & ut quiſque manſiſſet, tamèn per ordinem in eorum domibus ſingula fercula ederentur, ireturque ad omnium domos: ſic unum conuiuium uix toto die finitum eſt; cum & lauarent per ſingula fercula, & mulieribus uterentur. Sybariticum miſſum ſemper habuit ex oleo, & garo, quẽ quo anno Sybaritæ repererunt, perierunt. Dicitur & balneas feciſſe multis locis, ac ſemèl lauiſſe, atq; ſtatim deſtruxiſſe, nè ex uſu balneas haberet: hoc idem de domibus, de prætorijs, de zethis feciſſe dicitur. Fertur & meretricem notiſſimam, & pulcherrimam redemiſſe centum HS. eamque intactam uelut uirginem coluiſſe. Huic eidem priuato cum quidam diceret, non times pauper fieri? dixiſſe dicitur. Quid melius, quàm ut ipſe mihi hæres ſim, & uxori meæ. Habuerat propterea facultates à multis dimiſſas gratia patris. Idem filios ſe nolle, dicebat, nè quis ei frugi contingeret. Odores Indicos ſine carbonibus ad uaporandos zethas iubebat incendi.

Iter priuatus nunquam minus ſexaginta uehiculis fecit, auia ſua Varia reclamante, quòd omnia perditurus eſſet; Imperator uerò etiã ſexcenta

vehicula dicitur duxisse, asserens decem millibus camelorum Persarum Regem iter facere. & Neronẽ quingentis carrucis iter inijsse. Causa vehiculorum erat lenonum, lenarum, meretricum, exoletorum, sub actorũ etiã benè nasatorũ maltitudo. In balneis sẽper cum mulieribus fuit ità, vt eas ipse psilotro curaret; ipse quoq; barbã psilotro accurans, quodq; pudendum dictu est, eo die, quo mulieres accurabantur, et eadẽ hora rasit virilia subactoribus suis nouacula manu sua, qua posteà barbã fecit. Scobe auri porticũ strauit, et argenti, dolens, quòd non posset et electri; idq; frequenter quacumq; fecit iter pedibus vsq; ad equũ, vel carpentũ, vt sit hodie deauroſa arena. Calciamentũ nunquam iterauit, annulos etiam negatur iterasse. Prætioſas vestes sæpè conscidit, vel lanã cepit, et appendit, atq; ad eius æstimationem põderis pisces amicis exhibuit. Naues onustas mersit in portũ, magnanimitatis hoc esse dicens. Onus ventris auro excepit, in myrrhinis, et onichinis minxit. Ideò dixisse fertur, si habuero hæredem dabo illi tutorẽ, qui illũ hæc facere cogat, quæ ipse feci, facturusq; sum. Habuit etiam istam consuetudinem, vt cẽnas sibi exhiberet tales; vna die nonnisi de fasianis tantũ ederet, omnesq; missus sola fasianorum carne strueret. Item alia die de pullis, alia de pisce illo, et itẽ illo, alia de porcis, alia de struthionibus, alia de oleribus, alia de pomis, alia de dulcijs, alia de opere lactario. Sæpè amicos suos cũ Æthiopibus annículis inclusit noctur-

nis

nis manſionibus, et vſq; ad lucem detinuit, cum pulcherrimas is diceret apparatas. Fecit hoc idem etiã cherrimas is diceret apparatas. Fecit hoc idem etiã de pueris, et tuns vtpotè ante Philippũ licebat. Ridebat autèm ſic nonnunquã, vt publicè in theatro ſolus audiretur ipſe cantauit, ſaltauit, ad tibias dixit, tuba cecinit, panduriza uit, organo modulatus eſt. Fertur & vna die ad omnes Circi, et Theatri, & Amphitheatri, et omniũ vrbis locorũ meretrices tectus cuculione mulionico, nè agnoſceretur, ingreſſus; cũ tamen omnibus meretricibus ſine effectu libidinis aureos donaret; addens, Nemo ſciat, Antoninus hæc donat. Libidinũ genera quædã inuenit, vt ſpinthrias veterũ malorũ vinceret, et omnes apparatus Tiberij, et Caligulæ, et Neronis norat. Prędictũ eidẽ erat à Sacerdotibus Sirijs biothanatũ ſe futurũ: parauerat igitur funes blatta, et ſerico, et cocco intortos, quibus, ſi neceſſe eſſet, laqueo vitã finiret. Parauerat et gladios aureos, quibus ſe occideret, ſi aliqua vis vrgeret. Parauerat & in cerauneis, et hyacintis, et in ſmaragdis venena, quibus ſe interimeret, ſi quid grauius immineret. Fecerat et altiſſimã turrẽ ſubſtratis aureis, gẽmatiſq; ante ſe tabulis, ex qua ſe præcipitaret, dicens etiã mortem ſuam prætioſam eſſe debere; et ad ſpeciem luxuriæ, vt diceretur nemo ſic periſſe. Sed nihil iſta valuerunt 76.

Non eam tandem, in qua homines, ſeù potiùs monſtra hominum nulla virtute redempta à vitijs, nigrum in candida vertunt; *quorum ad conſilia Phalaris cruentior Mida cupidior, Anens*

iactantior, Tarquinius superbior, Tiberius callidior, Caius periculosior, Claudius socordior, Nero impurior, Galba auarior, Otho audacior, Vitellius sumptuosior, Domitianus truculentior redderetur [78],
In qua Pseudo-catonum causa plena omnia gypso

Dat veniam coruis, vexat censura columbas [78]:
cum ------- *actibus honestis*

Nullus in vrbe locus, nulla emolumẽta laborũ [79]:
vbi non ---*diligitur nisi conscius, & cui feruens*

Æstuat occultis animus, semperque tacendis [80]:
vbi *Quantum quisq; sua nummorũ seruat in arca,*
Tantum habet & fidei [81]:
vbi omnia cum præcio: vbi -----*morantur*

Pauci ridiculũ, et fugientem ex vrbe pudorẽ [82].
Sed eam, quæ pulcherrimis nos docet inuentis, cuius è morum cognitione meliorum legum notitiam adipiscimur, vetustis moribus conceptarum [83], cuius ex institutis Reip gubernandæ præcepta percipimus [84]. Sed eam, in qua licuit

---------- *aperto viuere voto* [85],

in qua homines templis admouebant

Compositum ius, fasque animi, sanctosq; recessus
Mentis, & incoctum generoso pectus honesto [86].

In qua tales Ciues, vt *medicum venale Regis Pyrrhi caput afferentem Curius remiserit* [87]; *Fabritius oblatam sibi à Rege Imperij partem repudiauerit*;

uerit; Curius fictilia sua Samnitico prætulerit auro; Fabritius decem pondo argenti circa Rufinum consularem virum, quasi luxuriam, censoria grauitate damnauerit [88]; Censores equum adimere soliti Equitibus præpinguibus, & corpulẽtis [89]. In qua etiam in filios à Bruto, & Manlio [90]; etiam in assertorem Imperij Horatium Duumuiri ius reddiderint [91]; adulteriũ etiam violentum Lucretia [92]; stupri inferendi contumeliam Virginius [93], sanguine expiauerint; pluris, quam Cartaginensium pœnas immanissimas iusiurandi æstimauerit Regulus implementum [94]. Vbi similes Affricano ciues, ad quem *in Linterna uilla se continentem complures eius uirtutis admiratores uenère, conspectum, & congressum tanti uiri expetentes; qui intromissi postes ianuæ, tamquam aliquam religiosissimam aram, sanctumque templum uenerati, cupidè Scipionis dexteram apprehenderunt, ac diù osculati, positis ante uestibulum donis, quæ Deorum immortalium numini consecrari solent, læti, quia Scipionem uidisse contigisset, ad lares proprios reuerterunt* [95]. Is *imaginem in cella Iouis opt. max. posi-tam habuit, quæ quotiescumque munus aliquod Corneliæ gentis celebrandum esset, inde petebatur; uniquè illi instar atrij Capitolium erat* [96]. Vbi tandem talis respublica; vt *pulsi cum muneribus suis ab urbe Legati Pyrrhi, interroganti Regi suo,*

quid de hoſtium ſede ſentirent; urbem templum ſibi viſum, Senatum Regum eſſe conſeſſum confeſſi fuerint 97. Eã tandèm, quæ à Velleio deſcribitur 98 commendo Vetuſtatem, in qua eminentiſſima cuiuſque profeſſionis ingenia emicuere, cuius auguſta virtutibus facies, minoribus tantũ inſignita neuis decentior effulxit.

---

1 *Arnob.adu.gent. lib.2. f.79.* 2 *Cic.de diuinat.lib.1. Lact.Firm.diuinar.inſt.lib.1. c.6. Crinit.de honeſt.diſcipl. lib.16. c.9. & lib.20. c.1.* 3 *Tacit.hiſt.lib.4.* 4 *Suet.in Galb.c.9.* 5 *Spartian. in Caracall.* 6 *Varr. de ling. lat. lib.6. in princ.* 7 *Cenſorin.de die nat.c.4.in fin. Cic.lib.2. de diuin.feſt.in verb.* Tages. *Ouid.met.lib.15. Ammian. Marcell.lib.21. Arnob.adu. gent. lib.2. Lindembrog.ad Cenſorin. d. c.4.* 8 *Herodian. lib.1. c.2.* 9 *Virg.æneid lib.2.* 10 *Valer. Max.lib.1. c.8.* 11 *Plin.lib.36.c.15.* 12 *Val.Max.ibid.* 13 *Maxim. ibid.* 14 *Tacit. ann. lib.4.* 15 *Plin. lib.8.c.48.* 16 *Martial.lib.7.epig.18. Plutarc.paralell.6.* 17 *Flor.lib.1.c.6. Val.Max.lib.1.cap.6. Liu.lib.1.* 18 *Liu.lib.1.& 26. Val.Max.lib.1.c.6.* 19 *Dio lib.66.* 20 *Plutarc.in Mario.* 21 *Flor. hiſt.lib.1.c.5. Cicer.de diuin.lib.1. Val.Max. lib.1. c.4. Feſt.in verb.* Nauia, *Lact.Firm.diuin.inſt. lib. 2.c.8. Bidermann. agoniſt. lib.2. c.2.* 22 *Herodian.*

*dian. lib.*11.*c.*11. *Sext. Aur.uict. de uir. illuſtr.D. Hieron.lib.*1.*contr.Iouin.* 23 *Val.Max.lib.*8.*c.*1. 24 *id.lib.*5.*c.*1. 25 *Flau. Ioſ. ant. iud. lib.*2.*c.*7. *Crinit.de hon.diſc.lib.*17.*c.*13. 26 *Iuſtin. lib.*44. 27 *Tacit.ann.lib.*11. 28 *Plutarc.paralell.*13. 29 *Liu. lib.*26. *Flor. hiſt. lib.*2.*cap.*6. 30 *Dio in Traian.* 31 *Claudian.de tertio Honor.cõſul.verſ.* Te propter gelidi. 32 *Val. Max. lib.*1.*c* 8. 33 *Maxim.ibid.* 34 *Flor.lib.*1. *c.*13. *Liu. lib.*7. *Oroſ.lib.*3.*c.*6. 35 *Dio in Traian.* 36 *Val.Max. lib.*1.*c.*8. 37 *Dio lib.*51. *Ziphilin. in Aug.f.*56. 38 *Suet.in Aug.c.*94. 39 *Suet.ibid.* 40 *Suet.ibi.* 41 *Tacit.ann.lib.*11. 42 *Plin. lib.*7. *cap.*37. 43 *Plutarc. in Pyrrho*, *Guttier. de Faſcin. dub.*3. *n.*4. 44 *Suet.in Veſp.c.*7. *Tacit.hiſt. lib.*4. *Tertull.in apologet.Fl.Ioſ. bell. iud. lib.*7. *cap.*12. *Biderman.agoniſt.li.*2.*c.*4. 45 *Spartian.in Adrian. in fin.Biderman.agoniſt.lib.*2.*c.*3. *Caſal. de veter. ſacr.Rom.rit.c.*67. 46 *Capitolin.in Marc. Antonin. f.m.*49. 47 *Lucian.dialog.Pro eo quòd inter ſalutandum &c.Io Bucelin. lib.*3. *de art. cabaliſt. propè fin.Cæl.Calcagnin. lib.*3. *epiſtolic. quęſt. Lil. Girald.de dijs gent. ſintagm.*1.*Conſtantin.Land.in numiſm.Antiochi Soter.Cornel.agripp.lib.de occult. philoſoph.* 48 *Spartian.in Quiet.* 49 *Dio lib.*57 *Suet.in Veſpaſ.c.*5. 51 *Philoſtrat.in vit. Apollonij per tot.* 52 *Lamprid.in Diadumen.* 53 *Plin. lib.*11.*c.*45. 54 *Plin.lib.*11.*c.*38. 55 *Plin.lib.*

11.c.37. 56 *Ziphil. in Tiber. f.* 100. 57 *Tacit. ann.* 2. 58 *Tacit. ann.* 11. 59 *Horat. lib.* 3. *od.* 19 60 *Senec. de breuit. vit. c.* 13. 61 *Senec. de breuit. vit. c.* 14. *& epist.* 88. *f.* 369. 62 *Senec. de benef. lib.* 2. *c.* 9. 63 *Senec. de consol. ad Helu. cap.* 10. 64 *Senec. ibid. in fin.* 65 *Senec. de ira lib.* 2. *c* 25. 66 *Suet. in Tiber. c.* 61. 67 *Plin lib.* 11. *c.* 49. 68 *Suet. in Calig. c.* 54. *in Ner. c.* 20. 21. 22. *Herodian. lib.* 1. *c.* 15. 16. *Lamprid. in Heliogab. l.* 2. *§. vlt. ff. his qui not. inf.* 69 *Suet. in Calig. c.* 22. *in Domit. c.* 13. *Herodian. lib.* 6. *c.* 14. 15. *Quod Domini nomen abhorruerint, Augustus Suet. in Aug. cap.* 53. *Tiberius id. c.* 27. *Seuerus Läprid. in Seu. Tertull in apologet.* 70 *Suet. in Calig. c.* 37. 71 *Suet. ibid.* 72 *Suet. in Calig. c.* 19. 73 *Suet. ibidem cap.* 37. 74 *Tacit. annal. lib.* 15. *versic.* Et celeberrimæ luxu, famaque epulæ. *Suet. in Tib. c.* 43. 44. *in Calig. c.* 36. *in Ner. c.* 28. 29. *in Domit. c.* 22. *Herodian. lib.* 5. *c.* 6. 75 *Ziphilin. in Domit.* 76 *Lamprid. in* Heliogab. 77 *Sidon. var. lib.* 5. *epist.* 7. 78 *Iuuen. sat.* 2. 79 *id. sat.* 3. 80 *Iuuen ibid.* 81 *Iuuen. ibid.* 82 *id. sat.* 2. 83 *Leuin. Torrent. in prohæm. comment. ad Sueton. vide supra verb.* 2. *num.* 12. 84 *Isocrat. in panegyr.* 85 *Pers. sat.* 2 86 *Pers. ibid. in fin.* 87 *Ælian. var. hist. lib.* 12. *c.* 33. *Flor. hist. lib.* 1. *c.* 18. 88 *Flor. ibid. Plin. lib.* 33. *c.* 11. 89 *Gell. lib.* 7. *c.* 21. 90 *Flor. hist. lib.* 1 *c.* 9 *&* 14. *Liu. lib.* 2. *Sext. aur. vict. de vir. ill.*

91 *Flor.*

91 *Flor.lib.* 1.*c.*7.*Liu.lib.*1. *Dioniſ Halic.lib.*3. 92 *Flor.lib.* 1.*c.*7.*Dioniſ.Halic.lib.*4.*Sext.aur. vict. de vir.ill.* 93 *l.*2.§.*& cum placuiſſet, ff.orig.iur. Liu.lib.*3.*Flor.lib.*1.*c.*24. 94 *Flor.li.*2.*c.*2.*Sext. aur.vict.ibid.*Horat.*lib.*3.*od.*5. 95 *Val.Max.lib.* 2.*c.*5. 96 *Val.Max. lib.*8.*c.*16. 97 *Flor. lib.*1. *c.*18. 98 *Vell.Paterc.hiſt.lib.*1.*in fin.verſ.* Quis enim abundè.

DESIDERIVM.

ERGO *sapientium omnium Antiquorum exquirat sapiens* [1], *nec transgrediatur terminos anti QVOS posuerunt patres sui* [2]. Cum Catonibus viue, cum Lelio, & Tuberone, quod si conuiuere etiam Græcis iuuat, cum Socrate, cum Zenone versare [3]. Indè

Quæ mox imitere legas, nec desinat vnquam
Tecum Graia loqui, tecum Romana Vetustas.
Antiquos euolue duces, assuesce futuræ
Militiæ; Latium retrò te confer in Æuum.
Libertas quæsita placet? mirabere Brutum.
Perfidiam damnas? Metij satiabere pœnis.
Triste rigor nimius? Torquati despice mores
Mors impensa bonum? Decios venerare ruentes.
Vel solus, quid fortis agat, te ponte soluto
Oppositus Cocles, Mucij te flamma docebit.
Quid mora perficiat Fabius; quid rebus in arctis
Dux gerat ostendet Gallorum strage Camillus.
Discitur hinc nullos meritis obsistere casus.
Prorogat æternam feritas tibi punica famam
Regule. Successus superant aduersa Catonis.
Discitur hinc quantum paupertas sobria possit.
Pauper erat Curius, reges cum vinceret armis.
Pauper Fabricius Pyrrhi cum sperneret aurum
Sordida Serranus flexit Dictator aratra

Lu-

Luſtratæ lictore caſæ, faſceſque ſalignis
Poſtibus affixi : collectæ conſule meſſes,
Et ſulcata diù trabeato rura colono 4.

Fęlices aſsero ſenes, quorum initia huic proximiora ſunt Vetuſtati; atque mulieres, quarum in mente meliùs Antiquitas incorrupta ſeruatur 5. Fęliciores exiſtimo cunctos, qui ſemetipſos Antiquitati deuouère, quibus adnumero Pomp. Atticum 6, Cæſarem, qui *gemmas, toreumata, ſigna, tabulas operis antiqui ſemper animoſiſſimè dicitur comparaſſe* 7, *Maronem, qui antiquæ latinitatis diligens fuit* 8; ac Marcum Imperatorem, qui nemini fuerat in eo genere ſecundus 9; atque *inter paucos, quos noſtra ætas tulit, quorum germana ſapientia ad Vetuſtatem vergit* 10, fęliciſſimũ dico ALEXANDRVM VII. Pontificem inter clariſſimos optimum, inter optimos clariſſimum, inter vtroſque digniſſimum; qui ſolida captus voluptate Vetuſtatẽ ipſam, non è codicibus modo 11; ſed ex ipſis terræ viſceribus effoſsor ſacroſanctus eduxit, educitque continuò 12; quinimò diligentiſſimus alienæ curator vtilitatis, in vtroque iure Vetuſtatis Lecturas almæ Vrbis induxit Archigymnaſio; quarũ alteram, Pandectarum nempè, nunc in me, licèt immeritum, Sacrę Conſiſtorialis Aulæ Aduocatis ſuadentibus, benigniſſimè contulit.

Vndè non miror venerandam in eo maiestatem, perspicacem prudentiam, incorruptam IusTIam, morum sanctitatem, ac ne plura scientibus commemorem, *præcipuam dotem Regum clementiam* 13.

O' sanctissimam ergò Antiquitatem. Tui causa continere me nequeo

Quin ego centenas ausim deposcere voces;
Vt quantum mihi te sinuoso in pectore fixi,
Voce traham pura 14.

Veniam ergò præcor si quid exotici, obsoletique sermonis rudis locutor offendero 15, cũ Vetustate ipsa, quasi cum Euandri matre locuturus 16.

ANTEIDAC.MEDIOCREICVLVS.LEICET. AC. REIDIBVNDVS.TVVS.FVI.SEMPER.AMVACTVS.TEIVIQVE.EMDODIE.LAVDES.AMVSSITABI.QVAM.BALVI.MAXVMAS.NVNC. DVLCED.TEIVI.MALACISSANS.CASMEN. EXPECTORAVO.MEVM.SPERSOSQVE.EX. ENNIO. PAQVEIOQVE. SEICILIAM. FLOSES.DEIBINITATEM.CORONATVRVS.TVAM QVOD.BETERES.NON.FECERED.TEIVI. BETVSTALES. AGVNDI.LVDI. TEIVI. FAGVTAL. ASAQVE.HARVMCE. GENTIOM. EMDO.PECTORE.DEICANDVMST.VBI.EMDOPLORENT.VT.SEIVI.VENE.BORTAT. MORTALES. APOLATIZZO. CÆTERAD. SI. TVTE.MED. HVIVSCE. ÆDITOOM. EFFE. XIS. TVIQVE. CVLTOREM. VLTRONEOM.

AC

AC . LAVDIGEROLOM. NAM- LEICET . CANTV . RAVASTER . SEIM . EMDOPEDITVS- AGRESTIS . AD. TONSITANDVS . TOTVS. QVE. FRIGEFACTATVS. SVFFLAMINARIER. MED. NOTEM . NENVQVEO . TAMEN . A. TVIS . LAVDIBVS . CONTINERIER. EDEPOL. NEMO . POTERIT . RETRAXE . SEIBE . DIESPITER. SEIRIT . HOC . SEIBE. NON.SEIRIT. 17

Quid ni ego magnorum virorum, & imagines habeam, incitamẽta animi, & natales celebrem? Quã veneration em præceptoribus meis debeo, eandem illis præceptoribus generis humani, à quibus tanti boni initia fluxerunt. Si Consulem videro, aut Prætorem, omnia, quibus honor haberi solet, faciam, equo desiliam, caput adaperiam, semita cedam. Quid ergò? M. Catonem utrumque, & Lelium sapientem, & Socratem cum Platone, & Zenonem, Cleantemque in animum meum sine dignatione summa recipiam? Ego vero illos veneror, & tantis nominibus semper assurgo 18.

---

1 *Ecclesiastic. c. 39. in princ.* 2 *Prouerb. c. 22. num. 28.* 3 *Senec. epist. 104.* 4 *Claudian. paneg. de 4. honor. consul.* 5 *Cic. apud Beroald. in Apul. metam. lib.* 1. *verbo* Studiorum Quiritium, *f. m.* 19. 6 *Corn. nep. in vita Pomp. Attic.* 7 *Suet. in Cæs. c. 42.* 8 *Macrob. Saturn. lib. 6 c. vlt.* 9 *Herodian. lib. 1. c. 2.* 10 *Symmac. lib. 1. epist. 23.*

11 *Philomat.muſ.iuuenil.* 12 C.*Ceſtij ſepulcrum, Pantheon antiquæ formæ reſtit.* 13 *Senec.de clem. lib.*1.*c.*3.*Plin.in panegyr.Caſſiod.var.lib.*3.*ep.*46. 14 *Perſ. ſat.*5. 15 *Apul.met.lib.*1.*in princ. Macrob.Saturn.lib.*1.*c.*5.*Suet.in Aug. c.*86. *in Tiber. c.*71.*id.de clar.grammat.c.*22.*l.*2. §.*poſt hos quoq;* 46. *ff.orig.iur.Senec.epiſt.*115. *Gell.lib.*1.*cap.*10. *Quintil.Inſt.orat.lib.*8.*c.*3.*Iuuen.ſat.*6.*verſ.*Ignotoſque mihi tenet. *Symmach.lib.*3.*epiſt.*44.*ibique luret. Lucian.in Lexiphan. & in Pſeudologiſt.* 16 *Macrob.Saturn.lib.*1.*c.*50. 17 *Ex Ennio, Pacuuio, Plauto, Lucretio, Fragm.ll.Romuli, Numæ,*12. *tab.S.C.Nonio Marcell. Feſt.Varron.de ling. latin. Pandectarum libb.numiſmat. & inſcriptionib. antiq.ex Vbert.Golz.Gruter.Ant.Auguſt.Fulu.Vrſin. & Sim.* 18 *Senec.ep.*64.*in fin.*

*Vide quo ad hominũ luxum Senec.ep.*27.89.96 110.122.*de ira lib.*1.*c.Ult.lib.*2.*c.*25. *de conſ. ad Helu.cap.*12.*de breuit. vit.c.*3.*de vit. beat. c.*11. *de benef.lib.*7.*c.*9.10.

ENAR-

ENARRATIO.

TAnto ſuccenſus amore, veſtra permittente humanitate, auſus recitabo meos. Ingenti ferebar cupidine eundi ad conſpectũ hominum antiquiſſimorum: vndè poſſem arcana, Romanæ ſaltem Vetuſtatis ediſcere: *res enim Romanas intelligens non vnius populi, ſed generis humani facta percipiet* 1: nam *gentium in toto orbe præſtantiſſima vna, & in omni virtute haud dubiè Romana exiſtit* 2: illa enim *eloquentiæ fœcunda mater, illa virtutum omnium latiſſimum templum* 3, atq; *verum Orbis miraculum* 4. Hinc ſciens Vlixem ſacrificijs 5, Æneam progreſſu ad Inferos, maioribus collocutos ſuis 6; clariſſimum CHISIT ſtemmatis SYDVS impetraui Ducem, eiuſque auricoma munitus QVERCV, ſacrificioque duodecim Dijs literarij Orbis moderatoribus ritè peracto 7; per vetuſta mortuorum monimenta tranſeuntes, tertio eunte iam anno,

Magnos Erebi tranauimus AMNES 8.

Exindè maximis exactis, non ſinc anxia DELIBERATIONE periculis 9,

Venimus ad locos lætos, & amœna vireta
Fortunatorum nemorum, ſedeſque beatas.
Largior hic campos æther, & lumine veſtit

Purpureo 10.

Amissum ne crede diem, sunt altera nobis
Sydera, sunt orbes alij, lumenque videbis
Purius; Elysiumque magis mirabere solem,
Cultoresque pios. Illic prętiosior ætas,
Aurea progenies habitat, semperque tenemus
Quod Superi meruere semel: nec mollia desunt
Prata tibi: zephyris illic melioribus halant
Perpetui flores, quos nunquam protulit Ætna.
Est etiam lucis arbos prædiues opacis
Fulgentes viridi ramos curuata metallo.
Hic tibi sacra datur, fortunatumque tenebis
Autumnum, & fuluis semper ditabere pomis.
Parua loquor: quidquid liquidus cõplectitur aer,
Quidquid alit tellus, quidquid maris æquora verrunt
Cuncta istis pariter cedunt animalia regnis 11.
Hic genus antiquum Romæ, pulcherrima proles,
Magnanimi heroes nati melioribus annis 12.

Tempus erat, quo Romæ sæcularibus ludis Vrbis natale celebrabatur 13; idem subterraneis solemnitatibus Auorum memoria sacrificijs solemnibus 14, ludisque, *quos nec spectasset quisquam, nec spectaturus esset* 15 geniali-ter recolebat: nam

——————quæ gratia currum,
Armorumque fuit vivis, quæ cura nitentes
Pascere equos, eadẽ sequitur tellure repostos 16.

pueris

pueris intereà patrimis, matrimiſque ſolemni voce compræcantibus ~~quòd~~

----Sol, curru nitido diem qui
Promis, & celas, aliuſque & idem
Naſcentis, poſſis nihil Vrbe Roma
Viſere maius 17.

Ergo *Sit mihi fas audita loqui, ſit numine veſtro*
Pandere res alta terra, et caligine merſas 18.

---

1 *L. Flor. in prohœm. lib. 1. hiſt. Athen. Dypnos lib. 1. c. 15. Iuret. ad Symmach. lib. 1. epiſt. 24. f. m. 14.* 2 *Plin. lib. 7. c. 40.* 3 *Caſſiod. var. lib 4. ep. 6.* 4 *Caſſiod. lib. 7. epiſt. 15. Ariſtid. orat. de urb. Rom. per tot. Polib. lib. 6. ubi de præſtantia reip. Rom. ſuper Græc. Reſp. Altercat. Adrian. et Epitect. Lipſ. de magnitud. urb. per tot. præcip. lib. 1. c. 2.* 5 *Homer. Odiſſ. lib. 11.* 6 *Virg. æneid. 6.* 7 *concurſus, qui ad obtinendas in urbe lecturas in uſu eſt.* 8 *Virg. 6. decreta expoſitio Bart. in l. quominus, ff. flumin.* 9 *decreta expoſ. Bart. in l. ſi infanti, C. Iure de lib.* 10 *Decreta expoſitio Pandectarum.* 11 *Claudian. de rapt. Proſerp. lib. 2.* 12 *Virg. ibidem.* 13 *de lud. ſæcular. Zonar. lib. 2. hiſt. Cenſorin. de die nat. cap. 17. ibique Lindembrog. feſt. Valer. Max. lib. 2. cap. 14. Onuphr. Panuin. de lud. ſæcul. Lud. Viues ad D. Auguſtin. de Ciuit. Dei lib. 3. cap. 18. Herodian. lib. 3. cap. 8. Politian. miſc. c. 58.*

14 *Gulielm.Choul.de relig. antiq.Rom. fol. m.*283. *de toto ſacrorum Ord.. Franc. Santius Brocenſis in ſchol.ad Perſ.ſat.*6. *vide Virg.æneid.*6. *verſ.* Quatuor hìc primùm nigrantes terga iuuencos *cum ſeqq.æneid.*5. *verſ.* Necnon & ſocij. *æneid.*8. *verſ.* Vna omnes iuuenum. *æneid.* 12. *verſ.* In medio focos *cum ſeqq.* 15 *Suet.in* Claud. *c.*21. *Herodian.lib.*3.*cap.*8. *in fin.* 16 *Virg. æneid.* 6. 17 *Horat.in carm. ſæcular.id.lib.*1.*od.*21.*lib.*4. *od.* 6. 18 *Virg.æneid.*6.

CIR-

CIRCVS

Fœlices circumire plagas meditantem me vox improuiſa compellat plaudentium, trahitq; ad *Circum*, *in quo maximam ſui partem populus oſtentat* 1. Ibi

Pars in gramineis exercent membra paleſtris,
Contendunt ludo, & fulua luctantur arena 2.

Hic propè flumen, & enſes 3, cum Circenſes ludi agitarentur, viri poteſtate, ac dignitate præſtantes pompam ducebant. Sequebantur proximi pubertati, quorum Patres Equites erant eorumdem equis inuecti; indè in pedeſtrem accerſendi militiam per alas, centurias, claſſiumque ordines diſtincti. Quadrigarij, bigarij, ſingulariumque equorum agitato-

res ; posteà athletæ grauiorum , leuiorumque certaminum; indè saltatorum chori in viros , imberbes,pueroſque distincti . Posteà Tibicines , Cythariſtæque : hos satyri sequebantur, qui serias saltationes ridiculè imitabãtur. Agmen indè gestantiũ sacras,& prophanas aeras, suffitusque facientium. Postremò simulacrorum baiuli innumerorũ Deorum [4] . Hinc *simulacrorum series , imaginum agmina , currus, thensas,armamaxa, sedes, coronas, exuuias, quanta prætereà sacra , quanta sacrificia præcesserint , interuenerint, successerint , quot collegia , quot sacerdotia,quot officia mouerentur* omittens [5] ; peracta pompa sacrificauere , signumque DEre certaminibus [6] Quadrigarijs Veneto, Prasinoq; præcipuis coloribus distinctis [7] , ad carceres prodeuntibus,studijs,fremituque virûm alterutri factioni fauentium [8] ,

Consonat omne nemus, vocemq;incluſa volutant
Littora,pulsati colles clamore reſultant [9] .

Hinc, vbi dedit sonitũ tuba, præcipites quadriiugo certamine corripuere campũ , effusique carcere, ruêre currus , pronis aurigis in verbera pendentibus , equorumq; anxiè moderantibus lora . Effugit à prima missus quadriga antè alios , Prasino concors , Russatus agitator. Hunc Venetus,Albusque iuncti animis sequebantur : alter , vt priori victoriam

con-

contenderet, alter vt Prasinum contineret, qui de industria primos à carcere currus agens improperantèr sequebatur. Itur sic quarto cursu, spectante interìm Populo album, viridem, ceruleum, rubentemque, varios quadrigarum colores, ætatibus anni conuenientes. Quintò Russatus auriga; cum satis hostes exagitasset, exhaustosque sibi sentiret iugales, retorquet axem, cedens priorem locum aduersarijs. Intereà citatis equis Prasinus agitator palmæ anhelans læuo metam tramite stringebat interior, cum obsistentem album, dolis assuetus Circi subuertens præcipiti obrutum curru, ac sanguine consperssum suo, explaudente populo, dereliquit. Venetus intereà, factiosas inter acclamationes, dùm gaudet popularitate, dexter sub cuneis currebat incautus, partem patefaciens sinistram aduersario, qui, effusis ad metã contendens habenis, nunc propè sequebatur, nunc vnà, iunctisque frontibus. Iamque appropinquabant metæ, cum ingeminatis clamoribus, cunctisquè suum instigantibus agitatorem, melior equis nouo nisu ad metam victor elabitur [10]. Indè bigas singulares, ac desultorios equos agitauerunt [11]. Exhibiti præterea *Equites Thessali, qui feros tauros per spatia Circi agunt, insiliuntque defessos, & ad terram cornibus detrahunt* [12]. Nec

defuit qui, equo insidens incitato, nunc erectus in sella stetit, nunc in equi fronte, iuba, clunibusque, pedibus semper aptè, & concinnè commutatis [13]. Post vbi confecti cursus, Athletæ, luctatores indè prodiere. Hos inter geminos fortitudine præstantes agnoui, quorum vnus arte leuior, alter grauitate constantior. Hi reiecta de corpore veste pugnaces contrà stetere, sparsoquè artubus puluere, ceruicem modò, modò crura captantes inimica, omniq; se inuicem à parte lacessentes victoriam sedulò aucupabantur. Indè ad bella coeuntes in gradu sTEre ambo certi non cedere, eratquè pes iunctus pedi, atquè pectus pectore, manus manu, frons fronte præmebatur. Ter leuior sinè profectu voluit nitentia contra reicere pectora: quartò subdolus excutit amplexus, adductaque soluens bracchia impulsum manu protinùs auertit aduersarium, tergoque eius mox inhærens onerosus, ceruiceque eius potitus, tellurem genu præmere, arenasque ore mordere coegit [14]. Indè cernere erat hìc cestu contendentes quosdam [15]; pedestri illic anhelantes cursu, alibi celeri decertantes sagitta [16].

Intereà pueri nobiliores Troiam lusuri antè parentum ora processere frenatis collucentes in equis, torque aureo, coronaque redimi-

ti;

ti; pharetra,haſtiſque geminis armati,turmiſque tribus diſtincti , quarum vtraque biſſenis conſtans ex equitibus proprio duce regebatur . Poſtquã vniuerſum alacres, ac lætabundi conſeſſum , ſuorumque oculos Equites pueri luſtrauere, ſignũ expectatus flagelli ſonitus exhibuit [17] . Mox pares diſcurrêre;ternique deductis agmina ſoluêre choris , vocatique rursùs vias conuertere; vibratis hinc indè telis ſe ſe inuicem laceſſentes . Alios indè curſus,ac recurſus ineuntes ſpatijs aduerſis curſu veſtigia,orbibus alternos impediunt orbes,gliſcentis prælij ſimulacra contexentes: hinc modò fugæ nudant terga , aduerſa nunc ſpicula conuertunt infenſi,tandèm pace compoſita concordes excepto maiorum plauſu reuertuntur [18] .

Nouiſſimè pugna diuiſa in duas acies quingenis peditibus , elephantis vicenis , tricenis equitibas hinc indè commiſſis : nàm quo latiùs dimicaretur ſublatæ metæ,inquè earum locum bina caſtra exaduersò conſtituta erant [19] .

Arbores deindè validè per milites radicibus vulſæ connexis latè, longèque trabibus affixæ ſunt;terra dein ſuperiecta, totuſque circus ad ſiluæ ſpeciem conſitus gratiam cunctis viroris obtulit . Immiſſi deindè per omnes aditus ſtruthiones mille , mille cerui, mille agni, mille damæ , Lybicæ omnes feræ ,

& cætera herbarica animalia, quanta vel ali potuerunt, vel inueniri; immissi deindè populares rapuit quisque quod volebat [20].

---

1 *Senec. de ira lib. 2. cap. 7.* 2 *Virg. ibidem.* 3 *Cassiod. var. lib. 3. ep. 51. Virg. Georg. 3. Marlian. lib. 4. c. 10.* 4 *ex Dyon, Halicar. lib. 7. simile apud Apuleium lib. 11. met. vers.* Ecce pompæ magnæ &c. 5 *Tertull. de spectac.* 6 *Dyon. dicto loco.* 7 *Mart. lib. 10. ep. 48. lib. 11. ep. 34. lib. 14. ep. 131. Cassiod. var. lib. 3. ep. 51.* 8 *Suet. in Ner. cap. 22. Herod. lib. 4. cap. 4.* 9 *Virg. æneid. 5.* 10 *Sydon. Apoll. carm. 23. vers. 303. & sequen. ibique Iacob Sirmond.* 11 *Suet. in Cæs. c. 39.* 12 *Suet. in Claud. c. 21.* 13 *Nicephor. Greg. lib. 8.* 14 *ex Ouid. metam. lib. 9. vers.* congrediturque ferox &c. *Lucan. Pharsal. lib. 4. vers.* conseruere manus *cum seqq. Suet. in Ner. c. 12.* 15 *Mart. lib. 9. 80.* 16 *Virg. æn. lib. 5.* 17 *Mart. lib. 14. 55.* 18 *vide Virgil. æneid. 5. ibique Seru. honorat. aliosque Suet. in Cæs. cap. 39. in Octau. c. 43. in Calig. c. 18. in Claud. c. 21.* 19 *Suet. in Cæsar c. 39.* 20 *Flau. Vopisc. in Prob. Petr. Crinit. de honest. discipl. lib. 12. c. 7.*

Vide Tertull. de spect. Buleng. de Circo. Panc. rer. mem. lib. 1. tit. 19. & 26. ibique adden. Panuin. de ludis sæcul. Lindebrog. de lud. vet. Petr. Fab. Agonisticon sive de re Athletica lib. 2. Rosin. Ant. Rom. lib. 5.

lib.5.Io.Vincent. Imperialis in Roma feriata Mercurial. in Gymnastic. lib.1. c.5. Artemidor. lib.1. cap.57. usque 65. ubi de certaminibus, penthatlo, cursu, lucta, pugilatu, pancratio, scuto, & lib.1.cap. 79. ubi de coronis omnis generis. Cassiod. uar. lib.3. ep.51. per tot. & lib.1.ep.27. Censorin. de Iudor. sæcul. instit. agit. c.17. de die natal. Cod. Theod. de spectac. de maiuma, de expensis Iudor. de equis curulibus tit. C. de spectac. & scenic. de expens. Iudor. de Maiuma. Basilicor. lib.54. tit.5. ubi de spectacul. & thymelicis. Liu. lib.4. decad.5. Crinit. de hon. discipl. lib.12. c.7. Ouid. in fast. per tot. Auson. in Agon. & in eglog. de ferijs. de lustralibus agonib. de locis, auctoribus agonum. & epitaph.35. Sidon. Apoll. carm. 23. uers.310. & seqq. ibique Iacob. Sirmond. Pindar. in Olimp. Pithijs, Nemeis, Istmijs. Dio lib.60. de Claud. Suet. in Cæs. c.39. in Calig. c.18. in Claud. c.21. in Ner. c.11.12.13. in Vesp. cap.19. in Domit. c.4. Fl. Ios. Ant. lib.19. c.1. Dionis. Halic. lib.7. Quãdo primùm exhibita, elephantus. Plin. lib.8. c.1.2.3. Leones cap.16. Pantheræ cap.17. Tigris c.18. Rhinoceros cap. 20. Crocodilus, & Hipopotamus 26. Vrsi 36. Tauri cap.45.50. *Quod* primus L. Sulla in Circo leones solutos dedit, cum alioquin alligati darentur, ad conficiendos eos, missis à Rege Bocco iaculatoribus. *Senec. de breuit. uit. cap.13.* *Quod* Pompeius primus in Circo elephantorum duodeviginti pugnam edidit,

commiſſis more prælij noxijs hominibus. *Senec. ibid. de equis curulibus, plura apud Franc. Iuret. ad Symm. lib. 10. ep. 17. Io. Bapt. Ferrar. collocut. 1. 2. 3. qui de Romanorum curſu, & lapidatione, Senenſium harpaſto, & pugilatu, Florentinorum harpaſto, & Piſanorum in ponte conflictu. Petr. Bertrand. de ara cap. 18. num. 1. vbi de ara Circi. Io. Theod. Sprenger. de ludor. feſtiuit.*

PHI-

PHILOSOPHIA

COmpletis certaminibus, greſſum dirigo ad cætum virorum, quibus vultus grauis, horrida, ſiccæ ſilua comæ. Hi pallio, baculo, hircinoque barbitio graues [1], quaſi in Peripatho, vel Academia, longèque à ſpectaculis; namque *ad Circum neſciunt conuenire Catones* [2], naturæ penetralia curioſi ſcrutabantur, tranſactas gratiſſimè referẽtes ærumnas [3].

Hos *pia cecropiæ comitatur turba Mineruæ*,
Hos *ſecreta quies*, hos *ſophos omnis amat*.
At iuuenes alios fracta colit aure magiſter,
Et rapit immeritas ſordidus vnctor opes.
Non pila, *non follis*, *non* hos *paganica thermis*
Præparat, *aut nudi ſtipitis ictus hebes*:
Vara nec iniecto ceromate brachia tendunt:
Non harpaſta manus *puluerulenta rapit* [4].

Hos inter Lucretium, Ciceronem, Senecam, Macrobium, agnoVIrgiliumque, qui communiori conſenſu, cũ audituri conueniſſent *curua ceruice Zeuſippus*, *Aratus panda*, *Zenon fronte contracta*, *Epicurus cute diſtenta*, *Diogenes barba comante*, *Socrates coma candẽte*, *Ariſtoteles brachio exerto*, *Xenocrates crure collecto*, *Heraclitus fletu oculis clauſis*, *Democritus riſu labris apertis*, *Anſippus digitis per numerorum inditia conſtrictis*, *Euclides*

clides per menſurarum ſpacia laſſatis, Cleantus *propter utrumque corroſis* 5, Naturæ, Deorumque ſecretiora ſic euulgauit.

Principio cælum & terras, camposque liquentes
Lucentemque globum, Lunæ, Titaniaque aſtra
Spiritus intus alit, totamq; infuſa per artus
Mens agitat molem & magno ſe corpore miſcet.
Inde hominum, pecudumq; genus, vitæq; volucrũ;
Et quæ marmoreo fert monſtra ſub æquore pontus,
Igneus eſt olli vigor, & cœleſtis origo
Seminibus, quantum non noxia corpora tardant,
Terrenique hebetant artus, moribundaq; mẽbra:
Hinc metuunt, cupiunt, dolentque, gaudentque,
nec auras
Excipiunt clauſæ tenebris, & carcere cæco.
Quin & ſupremo cum lumine vita reliquit,
Nõ tamèn omne malũ miſeris, nec fũditus omnes
Corporeæ excedunt peſtes, penitùſq; neceſſe eſt,
Multa diù concreta modis inoleſcere miris.
Ergò exercentur pœnis, veterumq; malorum
Supplicia expendunt, aliæ panduntur inanes
Suſpenſæ ad ventos: alijs ſub gurgite vaſto,
Infectum eluitur ſcelus, aut exuritur igni.
Quiſque ſuos patitur manes, exindè per amplum
Mittitur elyſium, & paucis læta aura tenere eſt;
Donec longa dies, perfecto temporis orbe,
Concretam exemit labem, purumque reliquit
Æheretum ſenſum, atque auræ ſimplicis ignem.

Has

Has omnes vbi mille rotam voluère per annos,
Lætheũ ad fluuium, Deus euocat agmine magno,
Scilicet immemores supera vt cõuexa reuisant,
Rursus & incipiant in corpora velle reuerti 6.

---

1 L. 8. C. *medic. Apul. Flor. lib.* 1. *apolog.* 1. & *met. lib.* 11. *vers.* nec illud deerat. *Capitolin. in M. Anton. in princ. Symmac. lib.* 1. *epist.* 23. *lib.* 2. *ep.* 49. *Adden. ad Panc. lib.* 8. *tit.* 44. *fol.* 187. *Gell. lib.* 9. *cap.* 2. *Pers. sat.* 4. *Sidon. Apol. lib.* 4. *ep.* 9. & 11 *Herodian. lib.* 1. *cap.* 9. *Capitolin. in M. Antonin. in princ.* 2 *Cassiod. lib.* 1. *ep.* 37. 3 *Macr. sat. lib.* 7. *c.* 11. *Lucian. in Dial. de merc. cond. Iuuen. sat.* 12. *vers.* Garrula securi narrant pericula nautæ. *Petr. Arb. in fragm. vers.* naufragus eiecta. 4 *Martial. lib.* 7. *epig.* 31. 5 *Sidon. Apoll. lib.* 9. *ep.* 9. 6 *Virg.* 6.

Vide Plat. *Arist. Diog. Laert. de vit. philosoph. Plut. de placit. philos. & de caus. natur. Lucr. lib. de nat. rer. Cic. in li. Academ. quæst. de finib. Tusc. quæst. de nat. Deor. de diuin. de fato, de legib. de offic. &c. Senec. passim vbique. Serv. & cæt. Lucian. in Dial. qui inscr. Vitarum auctio, & Piscator, Hermotim, Bis accusatus, Fugitiui.*

TRIVMPHVS

PLacuit intereà S.P.Q.R. triumphalem renouare ſolemnitatem : hinc P. Corn. Scipionem ſumma glorioſum virtute, *quem Dij immortales olim naſci voluerunt, vt eſſet in quo virtus ſe per omnes numeros omnibus efficaciter oſtenderet* [1], triumphalem in currum, turris ad inſtar excitatum, euexit vnanimis. Pompa inſtructa. Tubicines intereà proceſſêre triumphales modos, claſſicumque concinentes [2]. Ducebantur poſtea boues mactandi in ſacrificijs, vittis, coronis, auroque redimiti. Specioſa exindè aderat oſtentatio ſpoliorum, manubiarum ſcilicet, auri, ſtatuarum, monimentorumque, quæ ex omni terrarum orbe continuis

tinuis victorijs plurimo tempore Carthaginē-ſes Lybiæ intulere 3. Hæc ſingulari arte compoſita partim plauſtris vehebantur, partim geſtabantur ab adoleſcentibus armatis 4. Ferebantur poſteà tituli, & imagines victarum gentium, vrbiumque 5, inter quæ præfulxêre noua deuicta Carthago, quatuor Duces ſuperati, totidem exercitus fuſi, Syphax captus, Hannibal profligatus, Punica ſuccenſa claſſis, Byrſa ſupplex, Lybia cathenata 6. Succedebant Carthaginenſium plurimi vinculis reuincti tenacibus, ipſeque Syphax Numidarum Rex aureis oneratus cathenis 7. Ante currum ferebātur Coronæ aureæ, quæ triumphanti ab vrbibus Hiſpaniæ honoris cauſa per legationes fuerunt exhibitæ; plurimos enim Hiſpanos obſides, captiuoſque Punicis è vinculis benigniſſimè liberauerat 8. Quernea emicuit præcipuè, quam glorioſiſſimè meruit: quia Ticinum apud amnem patrem ſaucium, & ab hoſtibus propè circumuentum, adhuc adoleſcens, liberauit 9. Pompam extremus claudebat Imperator 10. Is veſte fulgens triumphali, toga videlicet picta, purpurea 11, clauiſque aureis diſtincta; trabea, ac laurea redimitus corona 12; ſceptrumque manu geſtans victrici, ac ferreum habenti annulū 13; curru quadriiugo ferebatur, quem equi, non

quidem albi ad vitandam inuidiam [14]; ſed aureis ornati phaleris protrahebant [15]. Vt cuncta mortalium more celebrarentur, non deerat in curru faſcinus [16]; non tintinnabulum cum flagello; non publicus miniſter, qui à tergo Scipioni ſe hominem fuiſſe ſubmurmuraret [17]. L. frater equo vectus currum proſequebatur; atque Terentius Culeo Senator pileato capite: quia triumphantis beneficio è ſeruitute fuerat exemptus [18]. Peditũ, equitumque copiæ, inſtructo agmine, ſequebantur, patrijs Hymnis Deos venerantes, ac non ſine iocularibus dicterijs [19], extemporali carmine ducem collaudãtes ſuum [20]; eumque declarantes, modò Patrem Patriæ: quia poſt cladem Cannenſem ciues vniuerſos de relinquenda Italia meditantes ſtricto enſe, ſe nunquam abituros iureiurãdo affirmare coegit [21]: modo continentiſſimum hominum: nam eximiæ virginem formæ deſponſatam Indibili cælebs, & victor, cum auro redemptionis ſponſo reddidit inuiolatam [21]: modò fortiſſimum gentium; quia cruentum Patriæ iugulo imminentem gladium è validiſſima, ſolertiſſimaque Hannibalis extorſit manu [23]: tandem, Io triumphe paſſim exclamante Populo [24], repetitis vocibus, Affricanum [25]. Ad montem indè proximiorem, quem ſibi pro

Ca-

Capitolio delegerant, deductus Scipio

----Dijs Italis votum immortale sacrabat
Maxima tercentum totam delubra per urbem
Lætitia, ludisque viæ, plausuque fremebant,
Omnibus in templis matrũ chorus, omnibus aræ,
Ante aras terram cæsi stravère iuuenci,
Ipse sedens niueo candentis limine Phœbi
Dona recognoscit populorum, aptatque superbis
Postibus; incedunt victæ longo ordine gentes,
Quãm variæ linguis, habitu tũ vestis, & armis [26].

Indè vinctos hostes nõ in carcerem duci iussit; sed liberari: nã Romani victorum personas induerant. Postremò gratiæ Dijs actæ; immolatæ hostiæ, victimæque, trophea erecta [27], ac publicum exhibitũ epulũ [28]. Voluerunt decernere, *vt quotiescunque epulaturus esset ad funalem cereum, præeunte tibicine, & fidicine à cœna domum reuerteretur*, vt olim C. Duilio concessum fuit, *qui primus nauale triumphum de Pœnis retulit* [29]: *vt domus eius fores extra aperirentur*, vt L. Valerio Poplicolæ, & eius fratri decretum Romæ fuerat [30]. *Voluerunt illi statuas in Comitio, in Rostris, in Curia, in ipsa deniq; Iouis optimi maximi cella ponere: voluerunt imaginem eius triumphali ornatu indutam Capitolinis puluinaribus applicare: voluerunt ei continuum per omnes vitæ annos Consulatum, perpetuamque Dictaturam tribuere, quorum sibi nil, neque Plebi-*

ſcito dari, neque Senatus conſulto decerni patiendo penè tantùm in recuſandis honoribus ſe geſſit, quàtùm egerat in merendis 31.

---

1 *Max. lib. 6. c. 9. Zonar. lib. 3.* 2 *Zonar. ibidem.* 3 *Valer. Prob. ſeu Corn. nepos Plut. in vita Scip.* 4 *Zonar.* 5 *Zonar. loco cit.* 6 *Val. Prob. & Plut. d. loc.* 7 *Prob. & Plut. ibid.* 8 *ijdē ibid.* 9 *ijdem ibid.* 10 *Zonar. ibid.* 11 *Plin. lib. 8. c. 48. lib. 9. c. 36.* 12 *Plin. lib. 15. c. 30. Gell. lib. 5. c. 6* 13 *Cassiod. lib. 24 c. 5. Plin. lib. 33. c. 5.* 14 *Iuret. ad Symmach. lib. 10 ep. 13. Suet. in Ner. c. 25.* 15 *Dyon Halic. lib. 8. fol. 284.* 16 *Plin. lib. 28. cap. 4.* 17 *Tertull. in Apolog. Crin. de hon. diſcip. lib. 24. c. 5 Zonar. ibid.* 18 *Prob. & Plutar. loco cit.* 19 *Dionis. Halic. lib. 7. Suet. in Cæſ. cap. 40. 49. 50. 99. Dio lib. 43. Vell. pat. lib. 2. Plin. lib. 19. c 8. Liu. lib. 4. B. Briſſon. de form. lib. 4.* 20 *Dyon Halic. lib. 2. f. 51* 21 *Prob. & Plut. d. loco* 22 *ijdem ibid. Val. Max. lib. 4. c. 3.* 23 *ijdem Prob. & Plut.* 24 *Liu. lib. 31. Horat. lib. 4. carm. de Triumph. Auguſti lib. Epod. od. 9. Tibull. lib. 2. eleg. 6. Ouid. 4. Triſt. eleg. 2. lib. 1. am. eleg. 2. Briſſon. de form. lib. 4.* 25 *Martial. lib. 2 ep. 2. Car. Sigon. in com. ſuper faſt. & triumph. Rom. ad ann. 552. fol. 282.* 26 *Tacit. lib. 2. an. verſ.* Laudatis pro concione virtutibus. *Plut. de fort. rom. de Sulla, Dio lib. 37. de Pomp. Tacit. lib. 2.*

an.

verſ. Arcus additi Romæ. *Plin. lib. 3. cap. 20. Vell. Paterc. lib. 2. Liu. lib. 10. lib. 41. B. Briſſ. de form. lib. 4. f. 353.* 27 *Virg. æneid. 8. in fin.* 28 *Plut. quæſt. 89. Val. Max. lib. 2. cap. 8.* 29 *Valer. Max. lib. 3. c. 6.* 30 *Plin. lib. 36. c. 15.* 31 *Valer. Max. lib. 4. cap. 1.*

Vide quo ad triumphum Dyon. Halicarn. lib. 2. fol. 51. lib. 3. fol. 104. lib. 5. fol. 154. & 165. lib. 6. fol. 194. lib. 8. fol. 284. Max. lib. 2. cap. 3. Sueton. in Cæſ. cap. 37. in Calig. cap. 47. in Ner. cap. 25. Fl. Ioſ. de bell. iud. lib. 7. cap. 24. Zonar. lib. 2. Ammian. lib. 16. num. 5. Roſin. ant. rom. lib. 10. cap. 29. Panc. lib. 1. rer. mem. tit. 28. 51. 57. ibique Adden. Franc. Mod. Pandect. triumph. Onuphr. Panu. de triumph. Car. Sigon. de antiq. iur. ciu. rom. lib. 1. c. vlt. & in coment. ſuper faſt. & triumph. Rom. vbique, præcip. ad ann. 552. Buleng. de triumph. Obert. Golz. in cathal. conſ. vnà cum triumph. Paſqual. de coronis Iacob. Laur. in complemento antiq; vrb. ſplendoris, qui recenſet triumphos, & ouationes ab V. C. vſque ad Iuſtinian. Imper. pompam delineat triumphalem, atque coronas cuiuslibet generis, de quibus, aureis præcipuè Lipſ. de magn. vrb. lib. 2. c. 9.

Quo ad Scip. Plut. in Scip. Val. Prob. ibid. Liu. lib. 30. Val. Max. lib. 1. 3. & 2. 2. & 2. 3. & 2. 5. & 3. 5. & 4. 1. & 4. 2. & 5. 4. & 5. 6. & 6. 6. & 6. 9. & 8. 15 & 8. 16. & 9. 7. Senec. de conſ. ad Polyb. c. 33. Appian. Alex. in Lybicis, Sext. Aur. vict. de vir. Ill.

Saluſt.de bell.Iugurt. Flor. lib.2.c.6. Eutrop. hiſt. lib.3. Macrob.in ſomn. Scip.præcipuè lib.2. cap.11. Oroſ.lib.4.cap.19.Polib.lib.15.16.Gell.lib.6.cap.8. Lucian. in dial.Alexandri; Annibalis, Minois, & Scipionis.D.Auguſtin.de Ciuit Dei lib.3.c.21.ibiq; Lud.Viu.Caſal.de vet.ſacr.chriſt.ritib.c.Vlt.Vbi de triumphis Græcorum Imperatorũ.Obert.Goltz.lib.4. cap.18. Car. Sigon. ſuper faſt. & triumph.rom. ad ann.552.

COE-

COENA.

Ex fulu. Vrſino



HInc ad locum deueni, vbi
Pars pedibus plaudunt, choreas, & carmina dicunt,
Conſiſtunt alij, dextra, læuaque per herbam
Veſcentes, lætumque Choro peana canentes &c.
Pallida lætatur regio, genteſque ſepultæ
Luxuriant, epuliſque vacant genialibus vmbræ.
Grata coronati peragunt conuiuia Manes:
Rumpunt inſoliti tenebroſa ſilentia cantus 1.
Hic quaſi genialis cœna celebraretur; feſtiuæ 2, ac natalitiæ dapes exhiberentur 3, hora circiter decima 4; vnum circa thorum, vel ſigma 5, Horatius Lydiam gremio complexus ſuo, Lesbiam Catullus, Tibullus Neme-

Cynthiam Propertius,Corinnam Ouidius,atque Martialis [6], accumbebant lauti [7], coronati [8], excalceati [9], pictaque toga induti [10]. Poculum non quidem nectaris, quod vinum Deorum est, sed massici,falerni, opimiani, cecubique Pocillatores ministrabant [11] ad simphoniam [12], in dextrum latus circumferentes [13]. Credideram Vulcanum cœnam coquisse,Horas rosis, & cæteris floribus purpurasse omnia,Gratias sparsisse balsama, Musas quoque canora personasse [14], tantæ erant æpuli lautitiæ;non tamèn inanem luxum continentes; nam defuêre lactes murenarum, phœnicopterorum linguæ, margaritæ aceto dissolutæ, scarorum iocinora; phasianorum, & pauonum cerebella [15]; calcanei camelorũ, cristæ viuis gallinaceis demptæ; linguæ pauonum, & luscíniarum; dapes extis mullorum refertæ, & cerebellis phenicopterum, & perdicum ouis, & cerebellis turdorum, & capitibus psittacorum, phasianorum, & pauonũ [16], & luxus epularum, quas Neroni Tigellinus parauerat [17]; cæterũ exhibita porcus Troianus [18], gallina cubans ouis [19], repositorium duodecim habens signa in orbe dispósita, superque proprium, conuenientemque materiæ cibum impositum [20]; cuncta xenia [21], & quidquid magnificum Xerxis [22], Luculli [23],

Au-

Augusti 24, Caligulæ 25, Claudij 26, Neronis, Vitellij, Domitiani, Trimalcionis 27, Heliogabali 28, epulas decorauerat. *Quid multis? vidi elegantiam græcam, abundantiã Gallicanam, celeritatem Italam, publicam pompam, priuatam diligentiam, regiam disciplinam* 29, Censoribus non animaduertentibus 30, natalitia dispensante celebritate. *Conuiuium mehercle non pcsuerim inter vacantia tempora, cum viderim quàm solliciti argentum ordinent, quam diligenter exoletorum suorum tunicas succingant, quàm saspensi sint, quomodo aper à coco exeat, quãta celeritate signo dato glabri ad ministeria discurrant, quanta arte scindantur aues in frusta non enormia, quàm curiosè infelices pueruli ebriorum sputa detergeant* 31. Pindarus latinè alludians commessationi cantauit ad cytharam; Sapho suaui mulicæ superingressa formosa saltauit, scena sic sibi cõcinnata, vt Lyrici omnes Poetæ chorum canerent; Chælin pulsaret Arion, plectrum modularetur Amphion; tibias animaret Moschus, caneret Theocritus fistula 32. Mullus est interim in morte varius ostensus; argentea larua de more agitata 33. *Denarij* plures *singulis conuiuis dati, si vellent inter se inter cœnam, vel talis, vel par impar ludere.* indè *talis iactatis, vt quisque canem, aut senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium*

conferebat, quos tollebat vniuersos, qui Venerem iecerat 34. Colluſum criſtallinis teſſeris in tabula terebintina 35, vbi luſor *teſſeras colligir rapidè, inſpicit ſollicitè, voluit argutè, mittit inſtanter, ioculanter compellat, patienter expectat; in bonis iactibus tacet, in malis ridet, in neutris iraſcitur, in vtriſque philoſophatur; ſecundas faſtidit vel timere, vel facere, quarum opportunitates ſpernit oblatas, tranſit oppoſitas; ſine motu euaditur, ſine colludio euadit. Putes illos, & in calculis arma tractare; ſola eſt illis cura vincendi* 36. Relatum intereà Ditem ipſum Romanis quondam Proceribus, ſuo addictis Imperio, tormenta laxaſſe, ad cœnam conuocatis ſepulcralem 37, mixtamque terroribus 38. *Meſſalina*, vt fertur, ſolito *non alias ſolutior luxu, adulto autumno, ſimulacrum vindemiæ, per domum celebrabat; vrgeri prela, fluere lacus, & fœminæ pellibus accinctæ aſſultabant, vt ſacrificantes, vel inſanientes Bacchæ. Ipſa crine fluxo thyrſum quatiens, iuxtàque Silius hedera vinctus gerere cothurnos, iacere caput ſtrepente circum procaci choro* 39.

At ſermones inter conuiuales 40. Ouidius exultans animisinquit:

Ite triumphales circum mea tempora lauri
Vicimus, in noſtro eſt, ecce, Corinna ſinu 41.

Catullus paùlò ſeuerior inquit:

Omnes fallimur, nec eſt quiſquam,

Quem non in aliqua re uidere ſuffenum poſſis.
Suus cuique attributus eſt error,
Sed non uidemus manticæ, quod in tergo eſt 42.

Tibullus vino gaudens 43, crateribuſq; iam coronatis 44, pincernæ ait:

Adde merum, uinoque graues compeſce dolores,
Occupet ut feſſi lumina uicta ſopor 45.

Indè optima fide bibens nihil ad elidendum in pauimento ſonitum ex vino reliquit 46.

Propertius ſuæ libens libans Cinthiæ, cui benè eſſe iàm dixerat

Omnia uertuntur, inquit, certè uertũtur amores,
Vinceris, aut uincis, hæc in amore rota eſt 47.

Modimperator Horatius, Dictatorque conuiuij 48, è medio thori loco cum dixiſſet

O fortes, peioraque paſſi
Mecum ſæpè uiri, nunc uino pellite curas 49.
Nunc eſt bibendum, nunc pede libero
Pulſanda tellus, nunc ſaliaribus
Ornare puluinar Deorum
Tempus adeſt dapibus ſodales 50.

exclamauit ſeriò

Beatus ille, qui procul negocijs.
Vt priſca gens mortalium
Paterna rura bobus exercet ſuis
Solutus omni fœnore 51.
Vitam quæ faciunt beatiorem
Iucundiſſime Martialis inquit.

Res non parta labore, sed relicta
Non ingratus ager, focus perennis,
Lis nunquam, toga rara, mens quieta,
Vires ingenuæ, salubre corpus,
Prudens simplicitas, pares amici,
Conuictus facilis, sine arte mensa
Nox non ebria, sed soluta curis,
Non tristis thorus, attamen pudicus,
Somnus qui faciat breues tenebras.
Quod sis esse velis, nihilque malis;
Summum nec metuas diem, nec optes 52.

Indè attonitus, vel mero, vel potiùs quòd amicam, iacta sorte, deseruerat, nè Musis sacer conuiuarum numerus turbaretur 53, poculis tamèn lacessitus exclamauit.

Sextantes Calliste duos infunde falerni,
Tu super æstiuas Alcime funde niues.
Pinguescat nimio madidus mihi crinis amomo,
Lassenturque rosis tempora sutilibus.
Iam lõginqua *iubent nos viuere Mausolea,*
Cum doceant solũ *posse perire* homines 54.

Indè

Nauia sex cyathis, septem Iustina bibatur;
Quinque Lycas, Lide quatuor, Ida tribus.
Omnis ab infuso numeretur amica falerno,
Et quia nulla venit, tu mihi somne veni 55.

1 *Virgil.6. æneid. Claudian.de rapt. Proſerp. lib.2. propè fin.* 2 *Horat.lib.3.od.28. in princip.* 3 *Mart.lib.7.ep.85.& lib.10.ep.24.27.lib.12.61. Plut.in Pſeud.ſcena exite agite in Perſ.act.5.ſcen.1.* 4 *Mart.lib.1.ep.109.lib.4.ep.8. ibique latè Ramirez lib.8.ep.67.lib.10.epiſt.48. lib.11. ep.53.* 5 6 *Mart.lib.10.ep.47. Lipſ. ant.lect.lib.3. fol.95. Sydon. Apolin lib.2.ep.10. Martial.lib.7.ep.13.li.8 ep.67.& lib.9.ep.83.lib.14.193. Apul. met. lib.6. verſ.* Et accumbebant lauti, *& apolog.1. Mart. lib.10.epig.48.lib.11.ep.53. Petron. Satiricon. Apul. lib.9.met.* 8 *Mart.lib.5.ep.65. Sidon. Apoll.lib.2. ep.13.* 9 *Plaut.in* Truculento *act.2.ſcen. Num tibi nam Lipſ. d.loco fol.96. Mart.lib.3.ep.49.& 50. ibique Ramirez in verb.* Deponi ſoleas. 10 *Pet. Satir. verſ.* cœnatoria repetimus. *Mart. lib.14. ep.135.& in Apophor.verſ.* cœnatoria. *Lipſ. ibid. fol.96.* 11 *Mart.lib.10.49.lib.13. 108.& ſequ.* 12 *Petron. ſatir.in conu.Trimalc.* 13 *Lipſ.d.li.3. antiqu.lect. fol.117.de vaſibus, & cyathis. Bud.de Aſſe lib.5.* 14 *Apul.met.lib.6. verſ.* Accumbebat ſummum thorum. 15 *Sueton.in Vitell.c.13 Add.ad Panc.lib.1.rer.mem. tit.51.* 16 *Lāprid. in Heliog.* 17 *Tacit.ann.15.verſ.* Et celeberrimę luxu, famaque epulę fuere &c. 18 *Macr. ſat.lib.3.c.13. Bud.de Aſſe lib.2. f.233.* 19 *Pet. ſat.* 20 *ibid.* 21 *Mart.ep. lib.13. per tot.* 22 *Plin.lib.33.c.10.* 23 *Athen. Dipnoſ.lib.3. c.vlt.*

*Polib.lib.*31.*Plut.in Lucull.* 24 *Suet;in Oct.cap.* 70 25 *Suet.in Calig. cap.*37. *Suet.cap.*32. *Suet. cap.*27.*Suet.cap.*13. 26 *Dio,& Ziphil.in Domit. Mart.lib.*8.*cp.*39.50. 27 *Petr. ſat.* 28 *Lamprid. in Heliog.* 29 *Sidon. lib.*1.*ep.*2. 30 *Gell. lib.*17.*cap.*21. *Macrob.Saturn.lib.*3. *cap.*17. 31 *Senec. de breuit vit. cap.*3. 32 *ex Apul. d. lib.*6. *met.* 33 *Macr. ſat.lib.*3.*c.*15. *de laruis, aut craneis humanis largius genio indulgendũ admonentibus Ramirez ad Mart.lib.*2.*epig.*59.*Petron ſatiric.* 34 *Suet.in Aug.c.*71. 35 *Petr. Satir. Ramirez de Prado ad Mart.lib.*4.*epig.*22.*ex Mart.lib.* 7.*ep.*71.*lib.*12.*ep.*40. *lib.*14.*epig.*20. *Lucan. in paneg. ad Piſonem, verſ.* Callidiore modo. 36 *Sydon.Apoll.lib.*1.*ep.*2. 37 *Ziphilin.in Domit.* 38 *Suet.in Calig.cap.*32. *Lamprid. in* Heliog. 39 *Tacit.an.*11. 40 *Macr.ſat. lib.*1. *cap.*1. *in pr.& lib.*7.*cap.*1.*Mart.lib.*10.*epig.*48.*Gell.lib.*17.*cap.*8. *Sidon.Apoll.lib.*1.*ep.*13. 41 *Amor.lib.*2. *eleg.*12. 42 *od.* 19. 43 *Gell.lib.*15.*c.*11. 44 *Virg.æneid.* 3.*verſ.*Tum Pater Anchiſes magnum cratera corona induit *lib.*7.*verſ.*Crateras læti ſtatuunt, & vina coronant.*Lipſ.d.lib.*3.*antiq.lect. fol.*119. 45 *eleg.*3. 46 *Virgil.æneid. lib.*1.*verſ.* Dixit,& in menſam laticum libauit honores.*lib.*5.*verſ.* Fundit humi. *Plaut. in Curcul. act.* 1. *ſc.* Flos veteris vini *verſ.*Venus. 47 *lib.*2.*eleg.*18. 48 *Lipſius ant.lect. lib.*3.*fol.*105. *Adden. ad Pancirer.*

ver. mem. lib. I. *tit.* 51. 49 *Hor. lib.* I. *od.* 7. 50 *lib.* I. *od* 37. 51 *lib.* 4. *od.* 2. *epod. & ſerm. lib.* 2. *ſat.* 6. *lib.* I. *ep.* 14. *idem apud Plin. lib.* 6. *ep.* 9. *Virg. eglog.* 2. *in fin. Matern. apud Tacit. ſeu Quintil. de Orator. fol.* 643. 52 *lib.* 10. *ep.* 47. *et* 96. *vide Claudian. epigr. de ſene Veronenſi.* 53 *Horat. lib.* 2. *ſat.* 8. *Varr. in ſat. menip. Gell. lib.* 13. *cap.* 11. *Macrob. Saturn. lib.* I. *c.* 7. *Adden. ad Panc. lib.* 1. *de reb. mem. tit.* 51. 54 *lib.* 5. *epig.* 65. 55 *lib.* I. *epig.* 72. *lib.* 9 *epig.* 95. *Bud. de Aſſ. lib.* 5. *fol.* 563.

Vide Plut. in conu. ſept. ſapien. & in ſympoſiac. Roſin antiq. rom. lib. 5. *c.* 20. *vſque* 24. *Petr. Ciaccon. de Triclin. ſiue de modo conuiuandi apud priſc. rom. & de conuiu. apparat. ibique Fulu. Vrſin. Io. Manelph. in menſa Romana. Henr. Boſſ. in cœna aſella. de oſcill conuiual. Stuchium lib. antiq. conuiual. Mercurial in Gymnaſt. lib.* 1. *c.* 11. *Matthæum Corte de prandij, & cœnæ modo. Caſal. de proph. rom. rit. cap.* 25. *Vinc. Butium de calid. frigid. ant. potu. Bruxerin Dypnoſoph. lib. Zenophon. de conuiu. Plat. in conuiu. Athen. Dypnoſ. lib. per tot. Stat. in Epul. Domit. de eodem lib.* 8. *ep.* 39. 50. *Suet. in Octau. cap.* 70. 74. 75. *in Claud. cap.* 32. 33. *in Ner. cap.* 11. 12. 13. *in Vitell. cap.* 13. *in Veſp. cap.* 19. *Dion. & Xiphil. in Domit. Iuuen. ſat.* 5. *per tot. & ſat.* 11. *Lamprid. in Heliogab. Lipſ. antiq. lect. lib.* 3. *per tot. vbi mores conuiuales. & de magnit. vrb. lib.* 4. *c.* 9. *vbi de antiq. parſimonia, &*

ſucceſſivo luxu conuiuiorum. Petron.arb. *ſatiric. verſ.* Ales Phaſiacis petita Colchis, *vbi ciborum peregrinorum æſtimatio*. *Eric.Patean.de reliq.conuiu. priſci*. *Robortell.de vict. Pop. Rom. Petron. Arb. ſat. in conuiu. Trimalcionis*. *Oddum de cœna, & prand. portione*. Mart. *epigr. lib.* 13. *&* 14. *vbi de Xenijs, & apophoret. Gell. lib.* 13. *cap.* 11. *de numero conuiu ſecunda menſa, bellarijs, ſerm.conuiu. cap.* 29. *de prandio canino*. *idem. lib.* 15. *cap.* 8. *de luxur. cœnar.* Horat. *lib.* 1. *ep.* 5. *de Amphora, & ebriet. lib.* 3. *od.* 21. *de Pocul. generib. Macrob. ſat. lib.* 5. *cap* 21. *quando, & quibus de rebus philoſophandum in conuiu. lib.* 7. *per tot. ſaltandi mos. ante Triclinia lib.* 3. *cap.* 14. *ſcommatibus in conuiu. abſtinendum*. *lib.* 7. *cap.* 3. *de ſerm.conuiu. lib.* 1. *cap.* 2. *per tot. & ſeqq. libb. & cap.* Marc. *Ant.* Muret. *var. lib.* 6. *cap.* 15. *Artemid. lib.* 1. *cap.* 78. *de ſaltat. & cantilen.* Carol. *Bagaſpe de Choreis. Scriptores antiquor. conuiu. apud Athen. Dypnoſ lib.* 1. *c.* 2. *Auſon. idil.* 12. *de cib. idem idil.* 11

Ter bibe, vel toties ternos, ſic miſtica lex eſt,
&c. *id. in Ephemer. locus ordin. coqui fol.* 42. *Lucian. de paraſit. Æſopi patina*. Plin. *lib.* 10. *c.* 51. *Macrob. lib.* 3. *c.* 14. *quingenarim lanc. Druſillani Rotundi apud Plin. lib.* 33. *cap.* 11. *Crater. Semiramidis, cuius pondus quindecim talenta colligebat. Plin. lib.* 33. *cap.* 3. *de cœn.* Plin. *lib.* 3. *ep.* 12. *lib.* 9. *ep.* 17. *Vide apud Mart. cœnam. in genere.*

lib.

lib.2.epig.69.lib.3.ep.3. epig.49. lib.4. epigr. 78. *lib.5.epigr.* 45. *lib.* 9. 79. *magnificam, lautamque. lib.3.ep.*81. 22. *lib.*12. 48. *Diuitem, sed inanem lib.7.* 47. *lib.4.* 78. *Micam. lib.2.* 59. *Cibos. lib.* 2. *ep.* 37. *lib.* 3. 59. 76. 81. *lib.* 5. 30. *lib.* 7. 77. *lib.* 10. 48. *lib.* 11. 32. 53. *lib.*13. *ep.*5. *& sequ. Potiones lib.* 13. *ep.* 108. *& sequen. Niuatas lib.* 5. *ep.*75. *Pocula lib.*6. 35. *lib.*8. *ep.*6. *lib.*10. 49. *lib.*11. 12. *lib.*12. 28. *lib.*14. 93. *& sequen. Potores lib.* 6. 86. 89. *lib.* 9. 95. *Mensæ materiam lib.* 14. 89. 90. *ebrietatem lib.*11. *ep.* 83. *lib.* 3. 81. *librorum suorum recitationem inuitatoribus permissam. lib.*2. *epigr.* 27. *ibique Ramirez lib.*3. *ep.* 44. 49. 50. *lib.* 11. *ep.* 53. *Pers. sat.* 1. *vers.* Romulidæ saturi. *Plin.lib.*9. *ep.*34. *Suet.in Aug. cap.*85. *in Claud. cap.*41. *Memoriam mortis lib.* 2. *ep.* 56. *Spongiam ad mensas tergendas lib.* 14. *ep.* 144. *Vsus, & consuetudines lib.* 3. 81. *lib.* 5. 45. *lib.*6. 89. *lib.* 7. 47. 78. *lib.*9. 95. *lib.*10. 48. *lib.* 8. 65. *lib.*11. 53. 12. 32. *lib.*12. 61. *Valer. Max.lib.*2. *cap.*1. *tit.de nupt.de honore impenso senib.de maiorib. dantibus exempl. de modo comedend. antiq. Pancir. lib.* 1. *rerum memor. tit.* 25. *ibique Salmuth. Vide latè leges latas aduersus laxum cœnarum apud Macrobium Saturn. lib.* 3. *cap.*17. *Epulum Domitiani Stat. lib.*4. *Silu. Adrasti regis cœnam. id. Thebaid. lib.* 5. *vers.*510. *cum seqq.*

ibique insignem pateram vers. 540. *& seqq. Cleopatræ, Lucan. Phars. lib.* 10. *vers.* Ipse locus templi, *cum multis seqq. Petr. Bertrand. de ara cap.* 19. *num.* 12. *Vbi de ara conuiuij, & conuiualis aræ sacerdote.*

HISTORIA

POtantibus ergò cunctis ad conſeſſum adpropero virorum ætate præſtantium, & experimentis. Horum eſt munus ſacram tueri Antiquitatem, cuſtodiam illuſtrium, malorumque facinorũ exhibere 1, atq; docere modum componẽdi mores ad alienas virtutes 2. Licèt aſſiſterent Herodotus, Thucidides, Zenophon, Pauſanias, Trogus, Curtius, Dares, Dictes, ac præcipuè Dio, cum Xiphilino, Dyoniſius Halicarnaſſeus, atque Plutarchus; cœtus componebatur à Cæſare, Hirtio, Oppio, Cornelio nepote, Saluſtio, Liuio, Paterculo, Valerio Maximo, Suetonio, Lucano, Plinio, Silio Italico, Tacito, Floro, Suetonio Spartiano, Gallicano, Trebellio, Capitolino, Vopiſco, Victore, Eutropio, Sexto Rufo, Ammiano, Macrobio, Oroſio, innumeriſque alijs. Hi concordes Tacitum ſic eloqui ſuaſere. *Vrbem Romam à principio Reges habuere: libertatem, & Conſulatum* L. *Brutus inſtituit: Dictaturæ ad tempus ſumebantur, neque decemuiralis poteſtas vltra biennium, neque Tribunorum militum ius diù valuit: non Cinnæ, non Sullæ longa dominatio, & Pompei, Craſſique potentia citò in Cæſarem: Lepidi, & Antonij arma in Auguſtum ceſſere, qui cuncta diſcordijs ciuilibus*

feſſa nomine Principis ſub Imperium accepit 3.

Indè conuenêre ad Populi Romani conſtituendum Imperium Fortunam cum Virtute contendiſſe 4; Fortunam, dum Perſas, Aſſirios, Macedonas, cæteroſque *Populos derelinquens traiecto Tiberi, poſitis, vt credere par eſt, alis exutis talaribus, abiecta inſtabili, veſtigiaque fallente pila, ita Romã ingreſſa eſt, vt conſtãter permãſura* 5: dùm Romulo, Remoque in profluẽtem abiectis *Tyberinus amnem repreſſit, & relictis catulis Lupa vagitum ſecuta vbera admouit, matremque ſe geſſit* 6: dum fugam Quiritium Sabinis impellentibus repreſſit, eoſque ſtare coegit 7: Dum anſeres pro Capitolio excubare conſtituit 8: dùm Gallos domeſticum excitans bellum ab vrbe reuocauit 9: dũ Annibalem in diuerſum abſtulit 10: proptereà haud ingrati Romani non vnam, ſed plures ædes poſuere Fortunæ 11.

Cũ virtute, non quidẽ Religionis 12; ſed Amoris Patriæ, quà, *Bruto primo Cõſuli magnò ſtetit ſuã Populo obieciſſe libertatẽ* 13: Curtius ſemetipſo lacum oppleuit 14: Horatius hoſtes ſciſſo ponte reiecit 15: Sceuola incenſa dextera fugauit 16: tercenti Fabij 17, Decijque 18 ſemetipſos deuouêre: Camillus licèt expulſus, *hoſtes à tergo aggreſſus, adeò cecidit, vt omnia incendiorum veſtigia gallici ſanguinis inundatione dele-*

deleuerit 19 : Torquatus filij sanguine fecit manare secures 20 : Genitius Cippus, nè sui reditu Respublica periclitaretur, vti fuerat responsum, perpetuum sibi indixit exilium 21 : Ælius Prætor picum vita sibi felicitatem, Reipublicæ infortunium portendentem, dentibus in conspectu Senatus laniauit 22 : Rutilius Censorinus iterùm Consul creatus *Populum, qua potuit grauissima oratione corripuit, quòd eam potestatem nimis magnam bis sibi contulisset* 23 : Fabius Maximus, *quàm potuit constanter cũ populo egit, nè maximũ Imperiũ in sua familia cõtinuaretur* 24 : *Turannius exactæ diligentiæ senex, quì post annum nonagesimum, cùm vacationem procurationis à C. Cæsare vltrò accepisset, componi se in lecto, & velut exanimem à circumstante familia plangi iussit* 25 .

Atque fœcundæ virorum paupertatis 26, præcipuè Publicolæ, *cui mortuo lectus funebris & rogus defuit* 27 : Menenij Agrippæ, qui, *nisi à populo collatis in capita sextantibus funeratus esset ità pecuniæ inops decessit, vt sepulturæ honore caruisset* 28 : Attilij Reguli, qui Imperator in Affrica, quia villicus septem iugerum deseruerat agellum petijt, *vt sibi successor mitteretur, nè deserto agro non esset, vndè vxor, & liberi alerentur* : Cincinnati, cuius rura quantum domus hodie patuere: Æliæ familiæ, in qua sex-

decim eodem tempore fuerunt, *quibus vna domuncula fuerat, & vnus in agro Veiente fundus minus multo cultores desideraus, quàm dominos haberet*, in qua *nullum ante scrupulũ argenti fuit, quam Paulus Perse Rege deuicto Q. Ælio Tuberoni genero suo, quinque pondo argenti ex præda donaret, ac Princeps Ciuitatis existens, filiam ei nuptui dedit, cuius pecunia tàm ieiunos Penates viderat; quia ipse quoque adeò inops decessit, vt nisi fundus, quem vnum reliquerat, veniisset, vxor eius dotem vndè reciperet non extitisset*: Cn. Scipionis, cuius filiæ indotatæ dotis summã ex ærario Senatus erogauit [29]: Manij Curij, qui pauciores seruos habuit, quã triumphos [30]: cæterorum tandèm Imperatorum, qui post benè nauatam Reipublicæ operam angustia rei familiaris ad aratra redire cogebantur triumphales agricolæ [31].

---

1 *Cic. pro Arch. & lib. 2. de orat. Arist. reth. 1. c. 5. Diod. Sic. bibl. 2.* 2 *Plut. in Timol. Diod. lib. 1 in prohœm. Polyb. lib. 1 in pr. & 3.* 3 *Tacit. ann. 1. in pr.* 4 *Flor. in prohœm. lib. 1. hist. Plut. de fortun. Rom. in princ. Ammian. Marcellin. li. 14. n. 5. Lipsi. de magn. rom. lib. 4. c. 1.* 5 *Plut. de fortun. Rom.* 6 *Flor. lib. 1 cap. 1. Plut. ibidem.* 7 *Flor. & Plutarc. ibidem.* 8 *Plutarc. ibidem Liu. lib. 5. Flor. lib. 1. cap. 13.*

Ælian.

*Ælian.de hist.anim.lib.*12. *cap.*33. 9 *Plutarch. ibidem* 10 *Flor.lib.*2 *cap* 6. *Sext. Aur. Vict. de vir.illustr. Iuuen. sat.*7. *vers.* Quaque die miserum &c. 11 *Plut.de fortun. Rom. Rosin. antiq. roman.lib.*2. *cap.*16. *Hieron. Garimbert de fortun. lib.*6. *cap.*1. 12 *Symmach.lib.* 10. *ep.* 54. *Valer. Max.lib.*1.*cap.*1.*&* 2. *Diu. Ambr. ep. contra Symmach.Prudent.adu.Symmach.Diu.August. lib. de Ciuit. Dei per tot. Lactant.Firmian. in lib.Diuin. instit.Arnob.adu.gent.Minut.Felix in Octau.Tertull.in Apologet.* 13 *Val.Max.lib.*5. *cap.*6. *Oros. lib.*2.*cap.*5.*Flor.lib.*1.*cap.*9.*Liu.lib.*2. 14 *Max. ibidem.Oros.lib.*3.*cap.*5.*Minuc.Felix in Octau. Flor.lib.*1.*c.*10.*Liu.lib.*2. *Max. lib.*3 *cap.*2. 16 *Liu. ac Flor. ibidem.Martial. lib.*1. *epig.*22. 17 *Liu.lib.*2. *Flor. lib.*1.*c.*12. *Dyon. lib.*9. 18 *Liu. lib.*8.*&* 10.*Val.Max.d.lib.*5.*c.*6.*Dyon.lib.*9. 19 *Flor.lib.*1.*c.*13. *Plut. in Camill. Liu.lib.*5. *Max. lib.*4.*c.*1.*Virgil.æneid.*6.*vers.*Aspice Torquatũ. 20 *Flor.lib.*1.*c.*14.*Liu.lib.*8. 21 *Val.Max. ibid. Ouid.met.*15.*vers* 565. 22 *Val.Max.d.lib.*5.*c.*6 23 *Val.Max.lib.*4.*c.*1. 24 *Max. ibid.Plut.in Fabio* 25 *Senec.de vit.beat.c.*11. 26 *Lucan.Pharsal.lib.*1.*vers.*Namque vt opes nimias &c. *cum seq.Plin.lib.*33.*c.*1.2.3.10.11.*Virg. egloq.*2. *vers.* hanc rem:*Ammian.Marcell. lib.*14. *hist.n.*5. *latè Horat.lib.*2.*od.*15. *Apul.apolog.*1.*f.m.* 165. *Franc. Petrarch.de rem vtriusque fort.lib.*1.*dial.*100. *&*

lib.2.dial.9.Bud.de Asse lib.5 f.631. l.3.§. fin. ff. supellec.leg.ibi, secundum sęculi seruitutẽ non dum admittentis supellectilem argẽteam. *l.9. §.1. ff. eod.* 27 *Val.Max.lib.4.c.4.* 28 *ibid.* 29 *Max.ibid. Apul.apol.* 1. *Martial.lib.6.epig.64. Horat.lib.3.od.2.* 30 *Senec.de consol. ad Helu.c.* 12. 31 *Max.ibid.Apul.apol.1.latè Claud. paneg. de 4.cons. Honor.*

Vide historicos suprà dictos, cæteroſq; qui enumerantur à Gerardo Vossio libb.de histor.lat.& græc. Silu.Corrad.indic.de lat.histor.script. Athen. Dypnos lib.6.c.8. vbi Romanorum encomium ob temperantiam.id.lib.17.c.vlt.vbi qúib.tempor.post Romã conditam Græci, Romaniq; floruerint.Ælian.de var. hist.lib.2.c.43.vbi, Qinam Græcorum optimi pauperrimi.Petron.Arb.satiric.vers. Orbem iam totũ victor Romanus habebat. *Lucian.Dial.quomodo historia scribenda sit,& hist.veræ lib.1. & 2. Plin. lib.5.ep.8.& lib.9.ep.27.Gell.lib.5. cap.18. in quo differat historia ab annal.ibid.lib.17. c.21. quibus temporibus post Romam conditam Græci, Romaniq; illustres viri floruerint ante secundum bellum punicum, insuper Plin.histor.libb.Macrob.& similes.*

AM-

AMPHITHEATRVM.



COnuocor intereà ad Amphitheatrum, vbi matutino ſpectaculo Spartacus Gladiatorum Anteſignanus ſuos in arenam Com. militones quotãnis ineluctabili morituros lege producebat. Iamq; oſtentata perituroru corpora, qui in verba Ducis *ſacramentum iurauerant vri, vinciri, verberari, ferroque necari, & quidquid aliud ipſe iuſſiſſet, domino corpora, animaſque religioſiſſimè addicentes*, mortis ſuæ pompam duxère, quam prius in tabulis pictura deſcripſerant 1: tum compoſita paria 2, arma munerario oſtenſa; haſtis, rudibus pręluſum 3, tubæ clangor editus terminalis 4, armaque verſa 5. Certabat exindè

quisq; *in statu stare*, nè de gradu pelleretur 6: petebat hic aduersarium, eludebat alter 7. Laquearius pelliceo amictus vmbone 8, iniecto laqueo fugientem prosternit hostem. Pinnirapus, Samnisque mutuam in perniciem aduersis ictibus coeuntes 9, hostiles inter amplexus inanimes corruère. Mirmillo

Totus collucens veste, atque insignibus armis 10; piscis galea gestans effigiem 11, stricto ense infestum expectabat sibi Retiarium. Is tridente, ac rete munitus inermis cæterùm, ac sola tunica, galeroque contentus, arte quadam collectum, suspensumque dextera retiaculum, in aduersarij caput iactabundus instabat, dumque mirmillo periculosum elusurus iactum, paulatìm recedere videbatur, assa modulabatur voce populus

Piscem peto, non te peto, quid me fugis galle 12.

Retiarius.

Postquam vibrata pendentia retia dextra,
Nequidquã effudit nudum ad spectacula vultũ
Erigit, & tota fugit agnoscendus arena 13;

Donec collectum rete denuò vibrans implicitum, vulneratus & ipse, tridente confodit aduersarium; in vnaquaque victoria exclamãte Populo *Hoc habet*. Intereà *retiarij tunicati quinque numero gregatim dimicantes, sine certamine vllo, totidem secutoribus succubuerant: cum oc-*

cidi

cidi iuberentur, vnus resumpta fuscina, omnes victores interemit, ipso paulatim inter inanimes decidente [14].

Cum traheret Priscus, traheret certamina Verus
Esset & æqualis mars vtriusque diù;
Inuentus tamen est finis discriminis æqui;
Pugnauère pares, succubuère pares [15].

Cædes vndique miserorum corpora populabatur, nec ad pietatem mouit aduersarium arma submittens, nec populum digitũ tollens; nàm spectatores infesti nè pollicem præmere viderentur omninò conuertebant [16], quin etiam decumbentes quidam fortiter recipere ferrum iussi [17], iugulum vltrò præbere, prohibiti membra contrahere, vulnerique manus apponere [18]. *Hinc gladiator tota pugna timidissimus iugulum aduersario præstat, & errantem gladium sibi attemperat* [19]. Percussi quoque, iacẽtesque repeti iubebantur, & cadauera ictibus dissipari, nè quis simulata morte deluderet; ipsi quoque victores manus mittebant in vulnera, & sanguine se proluebant hostili [20]. Nõ opus ignito ferro, fustibusque, vt ad pugnam cogerentur ignaui, facem cunctorum pectoribus admouẽtibus Furijs. Parum profuère factiones threcum, & mirmillonum, mirmillo licet vltimos ediderit anhelitus: cũcti enim infestis spectatoribus, ad digitum, ac sine mi-

sione pugnauerunt [21]. Hinc non palma, non pecunia, non rudis [22]; sed vulnera, cædes excidium vila; exultante populo, ac præcipuè Clodio Glabro, cuius castra à Spartaco rapta; Lentulo, cuius exercitus cæsus; C. Cassio, cuius castra deleta; ac Licinio Crasso ob denuò trucidatos hostes ouante [23]. Cunctis ex condicto cæsis vncotrahones aduenêre, qui mortuos ad Ditis Regiam traxêre in alteram solemnitatem redituros. Indè inter bestias pugna commissa Rhinoceros.

O quàm terribiles exarsit pronus in iras,
Quantus erat cornu, cui pila taurus erat [24]!
Qui modò per totam flammis stimulatus arenam
Sustulerat raptas taurus in astra pilas;
Occubuit tandèm cornuto ardore petitus,
Dum facilè tolli sic elephanta putat [25].

Tigris indè

Sæua ferox rabido lacerauit dente leonem,
Res noua non vllis cognita temporibus [26].
Frontibus aduersis molles concurrere damas
Vidimus & fati sorte iacere pares.
Spectauere canes prædam, stupuitque superbus
Venator cultro nil superesse suo [27].

Risimus *inter matutina arenæ spectacula tauri, & vrsi pugnam inter se colligatorum, quos cum alter alterum vexarit, sus confector expectabat.*

Nec transit vt mimera quisquis

Vena-

Venatus humiles vidit leonum,
Quos velox leporum timor fatigat,
Dimittunt, repetunt, amantque captos,
Et fecurior eſt in ore præda [28].

At quia *fuere multi, qui dirigere volebant ſagittas, immiſſi ſunt centum leopardi Libici, centum denique Siriacæ, centum damæ, & vrſi ſimul trecenti* [29], ac genus omne ferarum. Hic

Sus fera iam grauior maturi pignora ventris
Emiſit fœtum vulnere facta parens [30].
Præceps ſanguinea dum ſe rotat vſus arena,
Implicitum viſco perdidit illæ fugam [31].

Etiam leonem feminea vidimus actum manu [32], & ſupplicem elephantum [33]. Nec defuit, qui ſagitta doctiſſimus, vt Commodus olim, è *Peridromo ceruos, damas, aliaque cornigera præter tauros currens pariter ipſe, atque inſequens impetebat, ac præuenta fuga certiſſimis ictibus proſternebat. Leones verò, & pantheras, aliaque id genus nobiliſsima animalia currens in orbẽ ſupernè iaculis confodiebat ſic, vt nec telum quiſquam ſecundum, nec vulnus videris, niſi lethale: nam vt primùm ſe fera concitauerat ſtatim illam vel in fronte, vel in corde ſauciabat, nullo præterea vſus ſcopo, neque ad aliam corporis partem telo deſtinato; ſic vt pariter cum vulnere ipſo conficeretur. Idem aliquandò ſagittas lunatæ cuſpidis in mauruſias ſtruthos contorquebat, quæ & pedum*

celeritate, & alarum quasi velis ocissimè ferebantur sic, vt summum contingeret collum, atque ità capita amputaret, vt exsectis ceruicibus (qui teli impetus fuerat) aliquandiù tamen viuentibus, similem cursum continuarent. Quin & pantheram in arenam casu acerrimo, quæ scilicet eductum quemdam compræhenderat sic; vt iamiàm laniatura videretur, ità opportuno vulnere consequutus est, vt interfecta bellua hominem seruauerit, ac dentiũ quoque aciem, cuspide ipsa iaculi præueniret. Leones *itèm caueacentum eductos, totidem missilibus vniuersos occidit, ità suo ordine iacentibus corporibus, vt numerari facillimè singula possent, nullo scilicet superacuo incidente telo* 34.

Tandèm

Conueniunt vrsi, magna quos mole ruentes
Torua lycaonijs Helice miratur ab astris:
Perfossique ruunt, Populo pallente, leones,
Quales Mygdonio curru frenare Cibele
Optat; & Herculei mallent fregisse lacerti,
Obuia fulminei properant ad vulnera Pardi 35

Posteà damnatos, quos Pluto commodauerat, ità exhibuere, vt insigne aliquod sua morte repræsentarent; propterea

Qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus,
Assiduam nimio pectore pauit auem.
Nuda Caledonio sic pectora præbuit vrso,
Non falsa pendens in cruce Laureolus 36.

Iun-

Iunctam Phasiphen Dictæo credite tauro,
Vidimus 37.
Dedalum immiti laceratum ab vrso 38
Icarum primos inter conatus decidentẽ 39. ac
Quidquid in Orpheo Rhodope spectasse Theatro
Dicitur: namque.
Repserunt scopuli, mirandaque silua cucurrit,
Quale fuisse nemus creditur Hesperidum.
Affuit immixtum pecudum genus omne ferarũ,
Et supra vatem multa pependit auis;
Ipse sed ingrato iacuit laceratus ab vrso 40.
Has tamèn inter pœnas Alcidem taurus in astra tulit 41.

Immissa interim per tubos aqua lusere naumachiam: hinc omnia monstra fluctus ostensa, tunc

-----vidit in vndis,
Et Thetis ignotas, & Galathea feras:
Vidit in æquoreo feruentes puluere currus;
Et Domini Triton ipse putauit equos;
Dumque parat suis ratibus fera prælia Nereus
Abnuit in liquidis ire pedester aquis 42.
Indè
Lusit Nereidum docilis chorus æquore toto;
Et vario faciles ordine pinxit aquas.
Fuscina dente minax, nexu fuit anchora curuo
Credidimus remum, credidimusque ratem;
Et gratum nautis Sydus fulgere Laconum;

Lataque perſpicuo vela tumere ſinu 43.
Laſciui ſubitò confligunt equore lembi,
Stagnaq; remigibus ſpumãt inuerſa canoris 44

Quin etiam

Cum peteret dulces audax Leandrus amores,
Et feſſus tumidis iam præmeretur aquis,
Sic miſer inſtantes affatus dicitur vndas;
Parcite dum propero, mergite dum redeo 45.

Equi poſteà, tauri, aliaque manſueta animalia introducta, quæ in aquis facere didicerant, & quæ in terra conſueuerant 46. *Hoc ſpectaculo* Claſſis in ſpeciem Siculæ, & Rhodiæ *concurrerunt, duodenarum triremium ſingulæ, exciente buccina Tritone argenteo, qui è medio lacu per machinam emerſerat* 47. Abfuit inhoneſtum conuiuium, cæteraque turpia, quæ in Amphitheatro excogitauerat Nero 48.

---

1 *Petron. ſatiric. Horat. ſerm.* 2. *ſat.* 7. *Senec. epi.* 7. & 37. *Quintil. apud Lipſ. ſat. lib.* 2. *cap.* 19. 2 *Plin. lib.* 8. *c.* 12. *Lipſ. d. c.* 19. 3 *Symm. lib.* 2. *ep. de canib. Lipſ. d. c.* 19. 4 *Virgil. æneid. lib.* 5. *verſ.* At tuba commiſſos. *Lipſ. ibid.* 5 *Tertull. de ſpectac. verſ.* Inuerſis armis pugnaſſe gladiatores. 6 *Senec. de conſolat. ad Polib. verſ.* omnes ſcient. 7 *Lipſ. ibid. c.* 20. 8 *Iſidor. apud Lipſ. d. lib.* 2. *c.* 13. 9 *Lipſ. d. lib.* 2. *c.* 11. 10 *Virgil. æneid. lib.* 10. 11

Feſt.

Fest. in verb. retiario. *Lypſ.d.lib.2. cap.10* 12 *Feſt.d.verb.*retiario. 13 *Iuuen.ſat.8.Val. Max. lib.1.tit.de ſomn.* 14 *Lipſ. d.lib.2.cap.21.Suet in Calig.c.30.* 15 *Martial.de ſpectac.epig.29.* 16 *Lipſ.d.c.21.Prudent.de Veſtal.verſ.*& quoties victor.*Lipſ.d.lib.2.c.22.* 17 *Cic.pro ſex.verſ.* ipsũ verò quod accuſat. 18 *Senec.ep.30.Cic.tuſc.2. verſ.*quis mediocris gladiator.*Sen.de tranquill.* 19 *Senec.ep.30.* 20 *Lamprid.in Commod.Lipſ.d. lib.2.c.22.* 21 *Suet.in Cæſ.c.26. Mart.de ſpect. epiſ.29.ibique Ramir.de Prado.* 22 *Lipſ.d. lib.2. c.23.* 23 *L.Flor.hiſtor.lib.3.c.20.Plut. in Craſſ. Liu.lib.95.96.97.Oroſ.lib.5.c.24. Diu.Auguſt. de Ciuit.Dei lib.4.c.5.* 24 *Martial de ſpectac. epig. 9.& epigr.22.* 25 *ibid. epigr.19.* 26 *ibid. epigr.6.* 27 *Martial.lib.4.epigr.35.Senec.de ira lib.3.c.43.* 28 *idem lib. 1.ep. 105.* 29 *Flau. Vopiſc.in Prob. Crinit.lib.12.c.7.* 30 *Martial.de ſpectac.epig.12. 13.& 14.* 31 *Martial.ibid.epigr* 11. 32 *Martial.ibid.epigr.6.* 33 *ibid. ep.17.* 34 *Herodian. lib.1.c.15.* 35 *Sidon.Apoll.carm.*..... 36 *Martial.de ſpectac. ep.6.* 37 *Martial. ibid. epigr. 5.* 38 *Martial.ibid.ep.8.Sueton.in Ner.c.12.* 39 *Sueton.ibid.* 40 *Martial.ibid. ep.21.* 41 *idem ibid. ep.16.* 42 *Martial.ibid ep.28.* 43 *Martial. ibid. epigr.26.* 44 *Claudian.panegir. in Manl. Theod. conſul.* 45 *Martial. ibid. ep.25.* 46 *Ziphil. in Tito.* 47 *Suet.in Claud.c.21.* 48 *Ziphil.in Ner.*

Cæterum vide Mart. ep. lib. 1. *per tot. & lib.* 3. *ep.*30 *cum simil. de pugil. in arenam à Domit. reducto: Mart. lib.*9, *epig.* 90. *de eod. pugil. Virgil. lib.*5. *æneid. D. Augustin. de Ciuit. Dei lib.*1. *c.*32. *ibique Lud. Viu. Vide Lips. de amphyt. & saturnal. serm. seu de gladiat. Martial. d. lib. de spectac. Herod. & Ziphil. in Commod. Flau. Vopisc. in Prob. Sueton. in Cæsar. c.*39. *in Augusk. c.*43.44.46. *in Calig. c.*13. *in Claud. c.*21. *in Neron. cap.*12. *in Tit. c.*7. *in Domit. cap.*4. *Claudian. paneg. de Manl. Theod. cons. in fin. de gladiatoribus, l. si quis* 6. §. *sed etsi,* 6. *ff. iniusto, l. si quis* 25. §. *si quis* 3, *ff. acq. hær. l.*1. *ff. abigeis. Paul. lib.*5. *sentent. tit.*17. §.3. *l. un. C. Theodos. ad l. Fabiam. Senec. epis.*7.30.37. *tit. C. Iustin. de Glad. pen. toll. de venationis munere l. aut damnum* 8. §. *quicunque* 11. *& §. seruos* 12. *ff pœnis: Ramir. ad Mart. lib.*4. *epig.*25. *tit. C. Theod. Iustin. i de venat. ferar. D Augusk. de Ciu. Dei lib* 4. *c.*5. *vb de fugitiu. gladiat. potentia.*

THEA-

THEATRVM.



HInc ad ameniora procedens locum petij, vbi subitarijs gradibus, & scena in tempus extructa in ocio negotium esse videbatur. Hic cuneis populo oppletis, *cumque sederent sacerdotum omnium, magistratuumque Collegia, Pontifices maximi, & maximi Curiones: Quindecemviri laureati, & Diales cum apicibus flamines: Augures interpretes diuinæ mentis, & voluntatis; nec non & castæ virgines perpetui nutrices, ac conseruatrices ignis: cunctus populus, & Senatus; Consulatibus functi Patres; Dijs proximi, atque Augustissimi Reges;* vno verbo,

Cum plebs, & minor ordo, maximusque
Sancto cum duce candidus sederet 1.

Chorodidaſcalis, Sophocle, Euripide, Eſchilo, Menandro, atque Ariſtophane, Plautus iocoſis nobilis ſalibus in ſcęnam prodiens repræſentauit, Iouem facere Hiſtrioniam in Amphytrione: ſub Imperio vxoris mirere vicentem ſenem in Aſinaria: Euclionem ob aurum conditum plurimis ſollicitatum malis in Aululariа: plus inſcientem quem feciſſe, quam ſciente boni; etenim Dij nos quaſi pilas homines habent, in Captiuis: miris ludificatos ludis, amantem ſenem in Caſina; militem męchum in. Milite glorioſo, faciles Amatores à Scorto in Bachidibus, & Truculento; Lenonem in Perſa, Penulo, & Curculione: Patrem filio, riualem mirificè ab vxore correptum in mercatore: inopiam luxuriæ comitę in Trinummo: Parentis exenteratum marſupium lepidè in Epidico: Amantibus tempeſtatem feliciter excitatam in Rudente: officioſæ vxoris ſymbolum in Sticho: errores ob formæ ſimilitudinem in Menecmis: partum in Ciſtellaria ſuppoſitum; ſenes à ſeruulis expilatos in Moſtellaria, & in Pſeudolo.

Terentius indè ſocco indutus grauiori docuit: quid caſus valeat ad euertenda pericula in Andria: Iuuenum amatorum amentiam in Eunucho: parentum nimis auſterorum vitia in Heutontimerumenon: fratri periculoſam

fidem

fidem in Adelphis: à casu quandoque dissidia coniugum oriri in Hecira : parentum auiditatem honestis filiorum amoribus superari in Phormione.

Hinc Seneca cothurnatus in scenã prodiens, ampullasque proijciens, & sexquipedalia verba, mesto retulit eiulatu vxoris lacessitæ molimina in Medea : nec Regna socium ferre, nec tædas scire in Thebaide, Hercule Oeteo, & Agamemnone : scelere vindicatum scelus in Thyeste : funestos incesti amoris exitus in Hyppolito : violenta neminem Imperia continuisse diù in Hercule furente : Regno nullam fidem in Hecuba, & Octauia: multos ad fatum veniisse suum, dum fata timent in Oedipo.

Inducta est Affranij togata, quæ Incendium inscribitur 2. Canaces parturiens, Orestes matricida, Oedipus excœcatus, Hercules insanus 3, Paridis iudicium 4. *Quid plura? reperi in ijs multos sales, argumenta lepidè inflexa, ac nodos lucide explicatos, personas rebus competentes, sententias vitæ congruentes, ioca non infra soccum, seria non vsque ad cothurnum, raræ apud eos corruptelæ, & vti errores concessi amores, nec eò minus, & leno periurus, & amator feruidus, & seruulus callidus, & amica illudens, & vxor inhibens, & mater indulgens, & patronus obiurgator, & sodalis opitulator, & miles præliator; sed & parasita*

edaces,& parentes tenaces,& meretrices procaces 5. Tribuere *Regi faſtum, oratori vim dicendi, mulieri ſimplicitatem, pedeſtrem ſermonem plebeio, inſolentem forenſi* 6. Quid plura? *Deos ipſos in iocis, & ſtrophis riſimus, nempè mœchum Anubim, maſculam Lunam, & Dianam flagellatam, & Iouis mortui recitatum teſtamentum, & tres Hèrcules famelicos irriſos* 7. At, dùm pulpita maiori præmebantur cothurno, Grallatores adhibiti, qui Deos, Heroaſque repræſentaturi, pedibus ligneis, ventre facticio, veſte peregriua, ac voce monſtroſa, terribiles, & maximi viderentur 8, eodemque tempore quandoque machinis tonitrua excitabantur 9. In anteludijs exhibita, ſaltatrix duodecim orbes ſurſum iactans, ac ſuo ordine decenter excipiens 10. Alter, qui pedibus tanquàm manibus vtebatur: Adoleſcens enim abſque humeris, pedibuſq; perinde ac manibus in rebus omnibus vtebatur, pedibus arcum tendebat, mittebat ſagittas, tuba canebat 11. Qui ſuper enſes inſiliebant, eoſque deglutiebunt 12. Tunc *circularem aſpeximus, equeſtrem ſpatham præacutam mucrone infeſto deuoraſſe; ac mox eundem inuitamento exiguæ ſtipis, venatoriam lanceam, qua parte minatur exitium, in ima viſcera condidiſſe. Et ecce ponè lanceæ ferrum, qua bacillum inuerſi teli ad occipitium per inguinem ſubit, puer in mollitiem*

deco-

decorus insurgit; inque flexibus tortuosis eneruam & exossam saltationem explicat cum omnium, qui aderamus admiratione. Diceres Dei medici baculo, quod ramulis semiamputatis nodosum gerit serpentem generosum lubricis amplexibus inherere 13. Qui per Rotam figularem se se traijciebant; in eaquæ, mota celerrimè, sedentes scribebant, legebant, atq; ludebant 14; qui ignem sponte sua exoriri, atque existere faciebant 15. Qui contum in fronte quasi arborem radicitùs humi defixam gerebant: qui *puerulos in ima pertica luctantes inter se exhibebant* 16. Qui alienis humeris vecti institêre, donec ex multis hominibus quasi arx fieret; puerque in humeros altioris insiliret 17. *Adolescens honestè natus* ea *tamèn* ratione, *vt ostenderetur, quod erat bipedali minor, librarum septemdecim, ac vocis immensæ* 18. Elephas digladians, arma in altum proijciens, ac decenter excipiens 19, promuscide stipem poscens 20, canis cœcus in turba suos cuique annulos reddens, atque adulteros indicans, prægnantesque 21. Canis alter Mimo fabulas agens, plures personas, actusque continentes 22. Indè homines, qui in caput præcipites se deuoluebant 23. Qui in vtrem inflatum, ac lubricè perunctũ vno insiliebant pede ad terram sæpè, deuexo pondere corruentes 24.

Et qui more auium seſe iaculatur in auras,
Corporaque ædificant celeri crescentia nexu,
Quorum compositam puer augmentatus in artem
Emicet, & vinctus plantæ, vel cruribus hærens
Pendula librato figat vestigia saltu 25.
Mobile ponderibus descendit pegma reductis,
Inque Chori speciem spargentes ardua flammas,
Scena rotat varios effingit mulciber orbes
Per tabulas impunè vagus, pictæque citato,
Ludunt igne trabes, & non permissa morari,
Fida per innocuas hærent incendia turres 26.

Interludia præstitere saltatores. Hos inter Batyllus comicè saltauit lusus Panis, & satiri cõmessantis 27, nec nõ varios intra soccos amores. In his

O quoties mutata suo se fœmina gestu
Vidit, & erubuit, totaque mota fuit 28.

Huius imitator Plancus *ceruleatus, & nudus, caputque redimitus arundine, & caudam trahens, genibus innixus Glaucum saltauit* 29. Cyclops quoque in scena comparuit 30. Pylades indè cothurnatus tumenti, incitata, ac turbulenta saltatione, vno corpore plures animans personas 31, eadem die nunc Athamanta furentem, nunc Ino metuentẽ expressit, modo fit Atreus, indè Thyestes, post Egysthus, dei ndè Aerope 32. Intereà

Quæ resonat cantor motibus ille probat.

Pu-

Pugnat, ludit, amat, bacchatur, vertitur, adſtat,
Illuſtrat verum, cuncta decore replet.
Tot linguæ, quot membra viro. Mirabilis eſt ars,
Quæ facit articulos ore ſilente loqui 33.

Pyladis artificio non concedens alter eximius ſaltator, tibijs, choroque ſilentibus, ipſe tantùm ſaltauit Veneris, & Martis adulterium: Solem furtiui concubitus proditorem: Vulcanum inſidioſis vinculis vtrumque coercentem: Deos aſſiſtentes ſpectaculo: Venerem ſuffuſo rubore pudefactam ſubuerentem, & meticuloſius Martem ſupplicantẽ, ac propterea quaſcumq; alias fabula partes complectitur, adeoque munus impleuit ſuũ, vt à barbaris etiam intelligentibus fuerit exclamatum. Audio, ò homo, cuiuſmodi facias, neque enim tantùm video, ſed videris ipſis loqui manibus 34. Ne referam.

Quis melius vibrata puer vertigine molli
Membra rotet; verrat quis marmora crine ſupino
Quis magis enodes laterum diſtorqueat artus,
Quis voci digitos, oculos quis motibus aptet 35.

Pyrrhicam ſaltauerunt Aſiæ, Bithiniæque Principum liberi 36.

Poſtludijs funambulos vidimus, qui tenuiſſimũ ſuſpenſo filum aggrediuntur veſtigio 37, eadem ſecuritate, qua per ſupinos pueros currunt 38. Soliti, dum fune in ſumma nituntur,

anxios caueæ concitare clamores : cùm iàm iàm casuri videbantur 39, ac præcipites in orcheſtram deferri 40 :

Indè per aereum pendens audacia funem
Ardua ſecuris ſcandit proſcenia plantis,
Indè feras volucri temeraria corpora ſaltu
Tranſiliunt, mortiſq; inter diſcrimina ludunt 41.

His acceſſerunt elephanti, qui per funes inceſſere 42, lecticas etiam ferentes, aliaque miranda patrantes 43. Quin etiã *notiſſimus Eques Romanus Elephanto ſuperſedens per cathadromum decucurrit* 44. *Inſtitutum deindè certamen Græcæ, Latinæque facundiæ, quo victoribus victi præmia contulere, eorumdemet laudes componere coacti. Hi autem, qui maximè diſplicuiſſent, ſcripta ſua ſpongia*, linguaue delere iuſſi, niſi ſerulis obiurgati, aut *flumine proximo mergi maluiſſent* 45.

Deindè *præter Citharedos certauere chorocitharistæ, & pſilocitharistæ* 46. Hos inter Nero impetrata venia *ſine mora nomen ſuum in albo profitentium citharedorum iuſſit adſcribi; ſorticulaque in urnam cum cæteris demiſſa intrauit ordine ſuo : utque conſtitit peracto principio Nioben ſe cantaturum pronunciauit, & in horam ferè decimam perſeuerauit* 47. *In certando verò ità legi obediebat; ut nunquam excreare auſus, ſudorem quoque frontis brachio detergeret* 48 : certauit indè qui tibiã animabat flatu, qui plectro pulſabat chelym.

Et

Et qui magna leui detrudens murmurã tactu
Innumeras voces segetis moderatus aenæ,
Intonat erranti digito, penitusque trabali
Vecte laborantes in carmina concitat vndas 49.

At

Quid dicam citharistrias, choraules,
Mimos, Schenobatas, Gelasianos,
Cannas, plectra, iocos, palem, rudentem 50.

Machinatores, *qui pegmata per se surgentia excogitauere, & tabulata tacitè in sublime crescentia, & alias ex inopinatò varietates, aut dehiscentibus, quæ coherebant, aut his, quæ distabant sua sponte, coherentibus, aut his, quæ eminebant paullatim in se residentibus* 51.

Paucis complectens vniuersa. Non defuere missilia 52, non factiones. Adstitère Præstigiatores, Aceabularij: Ij, qui per cathadromum decurrerent, cernuarent, Petauristę, Petaminarij, Grallatores, Phonasci, Pantomimi, Crotochoraulæ, Citharedi, Satiri, Lentuli, Tibicines, Parasiti, Atellani, Dictiosi, Ridiculi, Rapsodi, Vrbicarij, Psaltriæ, Sabulones, Planipedes, Mimi, Mastigophori, Apinarij, Moriones, Miriones, Sanniones, Choreutæ, Iambi, Eclij, Musici, Poetæ, Curiones, Præcones, Agonarchæ 53. Transactis fabulis, argentum qui dedit, vt ego suspicor, vltrò iuit nuptum 54.

1 *Arnob.adu.gent.lib.4.fol.127.Martial.lib.4. epig.2.* 2 *Suet.in Ner.c.11.* 3 *Suet.ibid.cap.21.* 4 *Lāprid.in* Heliog. 5 *Apul.Flor.lib.3.* 6 *Plut. in comparat.Aristophanis, & Menandri.* 7 *Tertull.in Apolog.* 8 *Iustin. mart. epist. ad Zenam. Buleng.de theatr.lib.1.c.33.* 9 *Plut.Simpos.lib.4 cap.2.* 10 *Zenoph.in cōuiu.* 11 *M.Manil.Astronom.lib.5.vers.* Ille potens curuo pede. *Ziphil. in Aug.* 12 *Clem.Alex.strom.lib.7.Plut.in apophtegm.* 13 *Apul.metam.lib.1.f.m.33.* 14 *Zenoph. in Simpos.* 15 *Athen,Dypnos lib.1.c.10.* 16 *D. Chrisost.de iur. iur.* 17 *Buleng. de theatr. lib.1. c.31.* 18 *Sueton.in Aug.c.43.* 19 *Plin.lib.8.c.2* 20 *Sueton.ibid.c.53.* 21 *Diacon.lib.16.Zonar.& Cedren.in Iustin.Buleng.de Th.lib.1.c.30. Ælian. de hist.an.lib.2.c.11.* 22 *Plut. de animal. solert.* 23 *Buleng. ibid. c. 32.* 24 *Buleng.ibid.* 25 *M. Manil.Aronom.* 26 *Claudian. panegir.de Manl. Theod.consul.* 27 *Plut.simpos.lib.7.c.8.* 28 *vet. epig.apud Buleng.de th.lib.1.c.43.* 29 *Vell.Paterc.lib.2.* 30 *Crinit.de hon.disc.lib.17. c.3.* 31 *Plut.simpos.lib.7.c.8.* 32 *Lucian.de saltat.Sidon. Apoll.metr.23.vers.272.* 33 *vet.epigr.apud Buleng.d.lib.1.c.43.l.43. §. vlt.ff. act. empt.l.27.ff. oper.libert.* 34 *Lucian. de saltat.* 35 *Claudian. in Eutrop.lib.2.* 36 *Sueton. in Cæs.c.39. Dio de Claud.lib.60.* 37 *Tertull. de Pudicit.* 38 *Diu. Crisost.de iur. iur.* 39 *Plin. lib.9.ep.26.* 40 *D. Chris.*

Chriſoſt.ſerm.de humil. 41. *Pruden.adu. Symmach.apud Buleng.de th.lib.*1. *c.*35. 42 *Suet. in Galb.c.*6. 43 *Plin.lib.*8.*c.*2. 44 *Suet.in Ner.c.*11. 45 *Sueton.in Calig.c.*20.*in Domit.c.*4.*Macrob.Saturnal.lib.*2.*c.*4.*Horat.carm.lib.*1.*od.*1. *verſ.* impune,*&ſermon.lib.*1.*ſat.*4. *& lib.*2. *ep.*1.*Stat.*2. *Silu. Martial. lib.*3.*epig.*99.*lib.*4. *epigr.*10. *lib.*9. *epigr.*59. 46 *Sueton.in Domit. c.*4. 47 *Suet. in Ner.c.*21. 48 *Sueton.ibid.cap.*24. 49 *Claud. in paneg.de Manl.Theod.conſ.in fin.* 50 *Sidon. Apoll.carmin.*23.*verſ* 300. 51 *Sen. ep.*88.*f.*364. 52 *Suet.in Ner.c.*11. 53 *Buleng.de Th.lib.*8.*c.*29 *& ſeqq.* 54 *Plaut.in prolog. Caſin. & Pen. Liu. lib.*2.

*Vide Buleng.de Theatr.per tot Vitruu.lib.*5.*c.*5. 6.7.8.9. *Suet.in Cæſ.c.*39.*in Octau.c.*43.*&* 44.*in Calig.c.*18.*in Claud.c,*21.*in Ner.c.*11.12.13.*Val. Max.lib.*2.*c.*1.*Mart.lib.*9.*epig.*29.*Caſſiod.uar.lib.* 4.*ep.*51.*Plin.lib.*6.*ep.*21.*Iuuen.ſat.*6.*Sidon.Apoll. carm.*23.*verſ.*263.*& ſeqq. ibique Iacob.Sirmond. C.Theod.de ſcenic.C.de ſpect.& ſcenic. D. Auguſt. de Ciuit.Dei lib.*1.*c.*31.*ibique Lud. Viu.lib.*2. *c.*8. *uſque* 15.*idemq;Viu.lib.*4.*c.*26.*Io.Sultoni Theatrales lud. Ericij Puteani chriptolog. chironom. antiquorum, ſeu de ratione geſtuum. Roſin. antiq. lib.*5. *cap.*6.7.8.9.10.*&* 11. *Io.Th. Sprenger.de ludor. feſtiuit.De funambulis uide Tertull. de pudic. M. Manil. Aſtronom. lib.*5. *Arnob. lib.*2. *verſ.*

quid Pantomimos. *Apul. Florid. lib.* 4. *verſ.* Funerepus *Firmic. lib.* 8. *c.* 15. *&* 17. *D. Chriſoſt. de iure iur. & de* Humil. *Niceph. Greg. lib.* 8. *Arrian. lib.* 3. *c.* 12. *Horat. lib.* 2. *ep.* 1. *Plin. lib.* 8. *ep.* 26. *laiè Bulēg. de Th. lib.* 1. *c.* 35. *De Hiſtrionica, ſeu muta ſaltat. Corn. Agrip. de vanit. ſcient. c.* 20. *de ſtudio ſaltus, cantus, & hiſtrioniæ. Macrob. Saturn. lib.* 3. *c.* 14. *de Pantomima Ariſtenet. lib.* 2. *epiſt.* 26. *Petr. Bertrand. de ara c.* 18. *n.* 6. 7. *ubi de ara ſcenica.*

IVS.

AD Senatum adpropero tãdèm Heroum, qui Priennenſi iuſtitia nobiles, atq; inculpata ſpectabiles integritate humanis moribus normam, legeſq; tradere cõſueuerunt 1. Hi quos grauioribus rebus addictos non traxère *voluptates Circifurentis, caueæ inſanientis, theatri laſcinientis* 2, *quidquid enim illic gaudenti populo dicitur iniuria non putatur, locus eſt, qui defendit exceſſum* 3, omiſſo litium ſtrepitu; nàm *natalem colimus, tacere lites*, fuit exclamatũ 4; dixerunt *eſſe quidẽ rem ſanctiſſimã ciuilẽ ſapientiam* 5, *ius à iuſtitia appellatum, artem eſſe boni, & æqui, cuius merito quis nos ſacerdotes appellat; iuſtitiam namque colimus, boni, & æqui noti-*

tiam profitemur: æquum ab iniquo separantes, licitũ ab illicito discernentes; bonos, non solùm metu pœnarum, verum etiam præmiorum quoque exhortatione efficere cupientes, veram, nisi fallor, philosophiã, non simulatam affectantes 6: indè de iuris initijs, incrementis, ac varietatibus ità differuere.

Vetustissimi mortalium nulla adhuc mala libidine, sine probro, scelere, eoque sine pœna, aut coercitionibus agebant, neque præmijs opus erat, cum honesta suoptè ingenio peterentur, & vbi nihil contra morem cuperent, nihil per metum vetabatur. At postquã ex vi æqualitas, & pro modestia, ac pudore, ambitio, & vis incedebant, prouenère dominationes, multosque apud populos æternùm mansere. Quidam statim, aut postquam Regum pertæsum leges maluerunt. Hæ primò rudibus hominum animis simplices erant; maximèque fama celebrauit Cretensiũ, quas Minos; Spartanorum, quas Licurgus, ac mox Athenienſibus quæsitiores iàm, & plures Solon præscripsit. Nobis Romulus vt libitum comparauerat; dein Numa religionibus, & diuino iure populum deuinxit; repertaque quædam à Tullo, & Anco, sed præcipuus Seruius Tullus sanctor legum fuit, quis etiã Reges obtemperarent. Pulso Tarquinio aduersum Patrum factiones multa populus parauit tuendæ libertatis, & firmandæ concordiæ, creatique Decemuiri, & accitis, quæ vsque egregia, compositæ duodecim tabulæ finis æqui Iuris; nam secutæ leges,

& si

& si aliquando in maleficos ex delicto, sæpiùs tamèn dissensione ordinum, & apiscendi inlicitos honores, aut pellendi claros viros, aliaque ob praua per vim latæ sunt. Hinc Gracchi, & Saturnini turbatores plebis, nec minor largitor nomine Senatus Drusus; corrupti spe, aut in lusi per intercessionem socij: ac ne bello quidem Italico mox ciuili omissum, quin multa, ac diuersa sciscerentur, donec L. Sulla Dictator abolitis, vel conuersis prioribus, cum plura addidisset otium ei rei haud in longum parauit, statim turbidis Lepidi rogationibus, neque multò post Tribunis reddita licentia quoquo vellent populum agitandi. Iamque non modo in commune, sed in singulos homines latæ quæstiones, & corruptissima Republica plurimæ leges. Tum Cn. Pompeius tertium Consul corrigendis moribus delectus, & grauior remedijs, quam delicta erant, suarumque legum auctor idem, ac subuersor, quæ armis tuebatur, armis amisit. Exin continua per viginti annos discordia, non mos, non ius, deterrima quæque impunè, ac multa honesta exitio fuere. Sexto demùm consulatu Cæsar Augustus potentiæ securus, quæ triumuiratu iusserat aboleuit, deditque Iura quis pace, & Principe vteremur 7. Idem posteà successores plerique ad Iustinianum vsque legum latorem, & compilatorem felicitèr effecerunt. Meliores exindè sic leges enumerauêre.

1 *Sen. ep.*90. 2 *Tertull.lib.* 1. *in* Marcion. *Hieron.ep.ad* Marcell.*Symmac. lib.* 1.*verſ.* Reſpice terrifici. 3 *Caſſiod.var.lib.*1.*ep.*27. 4 *Mart. lib.*10.*ep.*87. 5 *l.*1.§ *proindè ff. extraord. cogn.* 6 *l.*1. *ff.iuſt & iur.* 7 Tacit.*ann.*3.

Vide l. 2.*de orig.iur.ibique Ventur.cęcum* Geor. Eberlin. *Anton.Garon.M.Anton.Muret. ll. Romuli, Numæ*, Tull. & 12. Tabul.*Cic. libb. de legib.* Io. Henr. *Alſtedium Encyclopediæ lib.* 20. *c.*8. *Franc. Hottoman.in hiſt.Iur.*

RELIGIO.

Domitiani

Marci Aurelij

AD Diuos adeunto castè, pietatem adhibento: opes amouento; qui secùs faxit Deus ipse vindex erit. Separatim nemo habessit Deos, neuè nouos; sed ne aduenas, nisi publicè adscitos priuatim colunto. Constructa à Patribus delubra in vrbibus habento: lucos in agris habento, & larium sedes, ritus familiæ, patrumque seruanto. Diuos, & ollos, qui cælestes semper habiti sunt colunto; & ollos, quos endo Cælo merita vocauerint Herculem, Liberum, Esculapium, Castorem, Pollucem, Quirinũ: ast olla, propter quæ datur homini ascensus in Cælum, mentem, virtutem, pietatem, fidem, earumque laudum delubra sunto; nec vlla vitiorum sacra solemnia obeunto: ferijs iurgia amouento, easque in

famulis, operibus patratis habento. Itaq; vt ità cadat in annuis anfractibus descriptum esto, certasq; fruges, certasque baccas sacerdotes publicè libanto, hoc certis sacrificijs, ac diebus, itemque alios ad dies vbertatem lactis, fœturæque seruanto, id quod ne committi possit ad eam rem, & rationem cursus annuos sacerdotes finiunto, quæq; quique Diuo decoræ, gratæque sint hostiæ prouidento, Diuisq; alijs alij sacerdotes, omnibus Pontifices, singulis Flamines sunto; Virginesque Vestales in vrbe custodiunto ignem foci publici sempiternum, quoque & priuatim, & publicè modo, rituque fiat discuncto ignari à publicis sacerdotibus. Eorum autem duo genera sunto: vnum, quod præsit cæremonijs, & sacris, alterum, quod interpretetur fatidicorum, & vatum effata incognita, quom Senatus, populusque asciuerit. Interpretes autem Iouis optimi maximi publici augures, signis, & auspicijs postera vidento, disciplinam tenento: Sacerdotes vineta, virgetaque, & salutem populi auguranto, quique agent rem duelli, quique populare, auspicium præmonento, ollique obtemperanto, olliq; Diuorumque iras prouidento, ijsque apparento; Cæsique fulgura regionibus ratis temperanto; vrbemque agros, & templa liberata, & effata habento, quæque augur iniusta, nefasta, vitiosa, diraue dixerit irrita, infectaque sunto, quique non paruerit capitale esto; fœderum, pacis, belli, inducianum oratores fecia-
les iudices duo sunto, bella disceptanto. Prodigia,
por-

portenta ad Etruſcos, & Haruſpices, ſi Senatusiuſſit deferunto, Etruriaque Princeps diſciplinam docto, quibus Diuis creuerint procuranto, ijdem fulgura, atque obſina pianto; nocturna mulierum ſacrificia ne ſunto, præter olla, quæ pro populo ritè fient, nève quem initianto, niſi vt aſſolet Cereri græcô ſacro; ſacrum commiſſum quod neque expiari poterit, impiè commiſſum eſto: quod expiari poterit publici ſacerdotes expianto. Ludis publicis, quod ſine curriculo, ſine certatione corporum fiat, popularem lætitiam in cantu, & fidibus, & tibijs moderanto, eamque cum Diuum honore iungunto, ex patrijs ritibus optima colunto. Præter Ideæ matris famulos, eoſque iuſtis diebus, ne quis ſtipem cogito. Sacrum, ſacroue commendatum, qui clepſit, rapſitue Parricida eſto. Periurij pœna diuina exitium, humana dedecus. Incęſtum Pontifices ſupremo ſupplicio ſanciunto. Impius ne audeto placare donis iram Deôrum. Sanctè vota reddunto. Pœna violati moris iuris eſto. Nequis agrum conſecrato, auri, argenti, eboris ſacrandi modus eſto. Sacra priuata perpetua manento. Deorum manium iura ſancta ſunto. Hos Lætho datos Diuos habento, ſumptum in ollos, luctumque minuunto [1]. Deos optimos maximos modis pluribus excolunto, videlicet adoratione velato capite [2], inuocatione, Tẽplis, delubris, ædibus, ædiculis, aris, hoſtijs [3], ſacrificijs, conuiuijs [4]; ſtatuis, quadrigis [5], lucis, lumi-

nibus, thure, festis, priuilegijs, lectisternijs, deosculatione, iuramento, mercatibus, nundinisue 6, oblatione æris, & bellariorum. *Accendere luceruum sabbathis, salutationibus matutinis fungi, & foribus assidere templorum: lintea, & strigiles louiferre, & speculum tenere Iunoni* licitum esto 7: Melius autem bona voluntate 8, bonisq; votis Deos venerantor 9.

Præcipuè verò Iunonem Caprotinis ferijs. Neptunum Neptunalibus, Furinalibus Furinam, Portunnum Portunnalibus, Vinalibus rusticis Venerem, Consum consualibus, Volcanalibus Volcanum, Opiconsium Deã Opiconsiuis, Vortumnũ Vortumnalibus, medicinam Meditrinalibus, Fontinalibus fontem, Saturnalibus Saturnum, Angeronam angeronalibus; Larentinalibus Accam larentiam, Lares Compitalitijs, rubiginem Rubigalibus, Vestalibus Vestam, Mineruam Quinquatrijs, PaLIlibus Palem, Cererem Cerealibus, Bacchum Liberalibus, Megalesijs magnam Deam 10. *Proximum à Dijs immortalibus honorem memoriæ Ducum præstanto, qui Imperium P.R. ex minimo maximum reddiderunt.*

Cum quid commendandum est Dijs vtuntor precatione, cum exposcendũ voto, cum soluendum gratulatione, cum inquirendum vel extis, vel sortibus, cum solemni ritu peragendum sacrificio, quo etiam

osten-

ostentorum, & fulgurum procurationes denuncian-tur 11. *Deorum fabulas ne credunto* 12, *Deos peregrinos, prȩter Faunum ne colunto* 13, *nocturnas in templo vigilias nè habento* 14. De Religione Senatus Iudex esto 15. Sacras res, ac diuinas sacerdotes tractanto. Horum quidam singulis Dijs, quidam singulis eorum rebus, quidam omnibus Dijs, eorumq; rebus operantor: singulorum Deorum sacra curanto, Luperci Pani, Potitij Herculi; Sodales Titij Sabinis Dijs; Salii Marti; Flamines, Ioui præcipuè, Marti, & Quirino; Vestales virgines Vestæ sacra peragentes, & pro Populo Romano sacrificia facientes. Singulas res curanto; fratres Aruales, qui pro aruorum frugibus; Curiones, qui pro Curijs sacrificant; Augures Auspiciorum, Auspices extorum; Feciales, inter quos Pater patratus belli, & pacis disciplinam custodiunto. Duumuiri sibillini sacra librorum Sibillinorum, Rex sacrificulus sacra regia, Æpulones ludorum æpulare sacrificium adornanto. Pontifices omnes sacra omnia promiscuè peragũto, ac Religionem interprætantor. Hi Sacerdotum Principes, horum Rector esto Põtifex maximus 16. Dialem flaminem sic creanto: Patricios confarreatis parentibus genitos tres nominanto, ex his vnum eligunto. Is, eaque, quæ in eius manum conuenerit è iure patrio

exeunto 17. Vxore mortua Flaminio decedito 18. Iouis flamini nefas eſto ſub Dio inungi 19, iurare 20, farinam, aut fermentum tangere 21, carnemque crudam 22, canem, atque capram, hoſque nominare 23, hæderam tangere, ac per viam tranſire, vbi vitium propagines in ſublimi ſint protentę 24, magiſtratum ſuſcipere, aut ambire: licitum tamèn eſto lictorem habere, ſellamque curulem 25. Secretiora Religionis ne inueſtiganto 26.

---

1 *Cic. de leg. lib.* 2. 2 *Plut. quæſt. Rom.* 3 *Gell. lib.*6 *c.*6. *Plin. lib.*33. *c.*3. *Petr. Bertrandus de Ara.* 4 *Arnob. lib.*7. *fol.*201. *Apul. lib.*11 5 *Arnob. lib.*1. *fol.*33. 6 *l. annua* 20. §. *attia ff. ann. leg. Pauſan. in Arcad. & in Phoc.* 7 *Plin. lib.*8. *ep.*3 *Senec. ep.*95. *verſ.* quomodo Dij ſunt colendi ſolet prȩcipi *f.*404. 8 *Sen. ep.*95. *verſ.* vis Deos propitiare? bonus eſto. *ep.*116. *Perſ. ſat.*2. *Plin. in paneg. verſ.* animaduerto enim & Deos, &c. 9 *Iuuenal. ſat.*10 *Horat. od.*23. *lib.*3. *verſ.* immunis. *Sen. d. ep.*95. *f.*404. *verſ.* quomodo Dij colendi iint ſolet præcipi 10 *Ouid. in faſt. Varro de ling. lat. lib.*5. *fol.*54. *Feſt. Tertull. de ſpectac. & in Apol. Arnob. adu. gen. lib.*7. *fol.*201. *Suet. in Aug. c.*31. 11 *Val. Max. lib.*1. *c.*1. *in princ.* 12 *ll. Romuli*

muli 13 *ibidem* 14 *ibidem* 15 *ibidem.Crinit. de hon.diſcip.lib.*13*.cap.*3. 16 *Sigon.de ant. iur. Ciu.Rom.lib.*1*.c.*19. 17 *Tacit.annal. lib.*4. 18 *Plut.q.*50. 19 *Plut.q.*40. 20 *q.*44. 21 *q.*109 22 *q.*110. 23 *q.* 111. 24 *q.* 112. 25 *q.* 113. 26 *Symmac.ep.*36*. lib..... Suet. in Auguſt. cap.* 93. *Liu.lib.*40.

Vide Lilium *Girald.de Dijs gent. Carthar. de imag. Deorum, Natal. Corn. Mithol. lib. Auber. de Dijs gen.Choull de Relig.antiq.Rom.Põpon.Let. de magiſtr. Rom. lib.*2*.Io.Bapt.Caſal.de prophan. Rom.rit.c.*1*.uſque* 17. *Io.Boccac.in Geneal. Deo. Volaterr.de ſacerd.rom. Roſin.antiq rom.lib.*2*.&* 3. *per tot.Lactant.Firmian.libb diuin.inſtit.D.Aug.de Ciu.Dei. Arnob.aduerſ.gent.Tertul.in apolog.Symmac. lib.*10*.ep.*54. *Prudent.adu.Symmac. & alibi Andreã Domin.Flocc.lib.*1*.per tot.Cic.de nat.Deor. & de diuinat.Panc.rer.mem. lib.*1*.tit. de ſacr & ſacrific.Paul. Merulã in hiſt. de Dijs veter.de Comit. legib. & ſacerdot.Rom.de ſacrific. ritib. apud veter.Thomaſin.de donarijs, ſeu tabell. votiu. de diebus feſtis apud Roman.Hieron.Boſſ.de lectiſternijs vet.Rom.ac de Roma feriata, vbi pr.de fer. & feſt. dieb.Rom.*2*.*de ſacrif.*3*-de lud. & ſpectac. Panuin. de antiq.ſuperſt. ſacrif. augur.auſpic. ſortib. ſacris epulis. Lucian.in Dial.de ſacrific.Auſon.in eglogar. fol.mihi* 119*. vbi de ferijs Romanis.*

HOMINIS INITIVM.

Auguſt.

Fauſtine

EVM, *qui in vtero eſt, perindè ac ſi in rebus humanis eſſet, cuſtodiunto; quoties de cõmodo illius quæritur* 1. *In decem menſibus perfectum partum gigni Ius, ratumque eſto* 2. Septimo mẽſe naſci perfectum partum receptum eſto 3. Nata prole nummum in ærarium Iunonis Lucinæ inferunto 4, ac filium in actis profitentor 5: natus cum quis fuerit, ſi non ſeruus, ingenuus eſto, vel libertinus 6: matris conditionem quoad libertatem, in cæteris pàtrem ſequitor 7. *In patris familias ſui manu poteſtatem, mancipioue eſto* 8, eique obſequitor 9. Patri familias ius vitæ, ac necis 10; terquè filium 11, filiam ſemel venundandi, excepto

flamine diali, & virgine Vestali, potestas esto [12]: octauo puellis, nono die lustrico nomina pueris imponunto [13]: alicula clamydem primò [14], indè prætexta [15], ac bulla vestiunto [16]: turpiculam rem quandam eorum collo suspendunto, *nè quid obstet bonæ scœuæ* [17]: prætextatis vtentes verbis corrigunto, pudicè educanto [18], virtutibus imbuunto [19], à balneis, & publicis lauationibus arcento [20], Herculem iuraturos domum exire iubẽto [21]: comam puero gestare fas esto [22]: ludi pueriles sunto pila [23], par impar [24]: nuces [25], tali [26]: fritillus [27], ac buxum torquere flagello [28]: filios patruis educandos danto [29], pueri ad præscriptum discunto [30]: infantem dicunto vsque ad septimum annum [31]; puerum vsque ad decimum quartum [32], proprium, & parentis, amicorumque natalem diem celebrandi ius esto [33]: pubertatis initium esto anno duodecimo in fœminis, decimo quarto in masculis [34]: puberes prætexta, ac Bulla deposita [35], coma recisa [36], albaque toga, ac virili induta, nummo in ærarium Iuuentutis illato, tyrocinium solemnitèr celebranto [37], forum adeunto, primamque barbam deponunto [38], hosque dies solemnes habento. Tunc masculi nuces abijciunto, bullam Laribus, pupas Veneri virgines donanto [39], testandi,

administrandi, matrimonijque contrahendi ius habento 40.

---

1 *l.qui in vtero* 7. *& l.*26. *ff. stat. hom.* 2 *l.* 12.*tab.* 34.*Ouid.fastor.lib.*1. *vers* quod satis est ytero. 3 *l.septimo mense ff.de stat.hom.* 4 *Dion. Halicarn.lib.*4. 5 *Martial.lib.epig.*25.*ibique Ramirez adducens Capitol.in Gordian. vers.* filium Gordianum nomine Antonini.*Capitolin.in Marco Aurel.vers.*inter hæc liberales causas.*Iuuen. sat.*9.*vers.*82.*l.Imperatores §. mater grauida ff. de probat.* 6 *tit.instit.de ingen. & libert.* 7 *l.cū legitimè ff.de stat.hom.l.in successione* 48. *C. de Decur. Vlp.in frag.tit* 5.*tit.instit.de ingen. in princ.* 8 *tit.instit.de patr. pot. Vlp.in frag.tit.*5. 9 *Cassiod. var. lib.*2. *ep.*14. 10 *l.*12.*tab.*32. 11 *l.*12. *tab.*33. *Vlp.in fragm. tit.*10. 12 *ll.Romuli. Tacit.lib.*4.*ann. f.*137.*Lipſ.de vesta.* 13 *Plut.quæst. Rom.* 102. *Suet. in Ner. cap.*6.*Macrob. saturnal. lib.*1.*cap.*6. 14 *l.vestis* 23.*§.*1 *ff.de aur.& arg.leg. Pancirol.rer.mem.lib.*1.*tit.*43. 15 *Macrob.saturnal.lib.*1.*cap.*6. 16 *Plutarc. quæst. Romana* 101. *Macrob.ibid.Persius sat.*5. 17 *Varr. de ling. lat. lib.*6.*Casal.de prophan.Roman.rit. cap.*14. *& de sacr.Christian.ritib.c.*48. 18 *Iuuen. sat.*14. *vers.* nil dictu fœdum, visuque. 19 *Pers.sat.*3. Honestum *carm lib.*3. *od.*2. *Senec. de consolat. ad Helu.*

cap.

*c.*16.*verſ.*ab his ad nepotes quoq; reſpice. 20 *Iuuen.ſat.*2.*propè fin.* 21 *Plutar.q.Rom.* 18. 22 *Horat. lib.*4.*od.*10.*Mart.lib.*2.56.*lib.*3.58.*lib.*10.62.*Perſ.ſat.*1.*verſ.* Ten cirratorũ centũ. *Petron. ſatiric.verſ.* Videmus ſenẽ caluũ tunica veſtitũ ruſſea inter pueros capillatos ludentem pila. *& paulò poſt.* Aquam poſcit ad manus, digitoſque paululùm aſperſos in capite pueri terſit. *Perſ. ſat* 3. *ibi*: quibus indetonſa iuuentus 23 *Petron ſatiric. vbi ſupra. Senec. de benef. lib.*2.*c.*17. *verſ.*volo Criſippi. 24 *Horat.ſat.*2.*verſ.* Ludere par impar. 25 *Senec. de conſtantia cap.* 12. *Martial.lib.*4.*ep.*66.*lib.*5.*ep.*85.*lib.*13.*ep.*1.*lib.*14 *ep.*18.*Perſ. ſat.*1. *verſ.*tunc cũ ad canitiẽ. *Ouid. de nuce verſ.*quatuor in nucibus. *Catull.in nuptijs, Iul.& Manl.* 26 *Perſ.ſat.*3.*verſ.*iure etenim id ſummum.*Mart.d.ep.pr.* 27 *Martial. lib.*5. *ep.*86.*lib.*4.*ep.*14.*d.ep.pr.* 28 *Perſ.d.ſat.*3.*verſ.*iure etenim. 29 *Perſ.ſat.*1.*verſ.*cum ſapiunt patruos. *Horat.lib.*2.*ſat.*3. *verſ.* ſeù rectè hoc voluit. 30 *Senec.ep.*94. 31 *l.ſi infanti C.de iur.delib. Cenſorin.de die natal. c.*13. 32 *principium tituli inſt.quib.mod.tut.fin.* 33 *Dio in Traian.* Martial. *lib.*3. *ep.*6.*vide ſup. verbum decimum num.*3. 34 *Macrob.in ſomn.Scip lib.*1.*c.*6.*idem ſaturnal.lib.*7.*c.*7.*Tertull.de virgin.veland. Plat. lib.*2. *de legib.Vlpian.in fragm.tit.*2.*principium tit.inſtit.quibus mod.tutel. finiatur, l.* 1.*C. quando tutor.* 35

*Adden.ad Panc.lib.*1.*rer.mem.tit.*43. 36 *Horat. lib.*4.*od.* 10.*Adden.ad Panc.ibid.* 37 *Dion.Halic. lib.*4. 38 *Pancir.ibid.* 39 *Plut.in Lucull.Petron. ſatiric. uerſ.* prætereà grande armarium. *Lipſ. annal.Tacit.lib.*14.*Suet.in Neron. c.*12.*in Calig. c.*10.*Martial.lib.*3.*ep.*6.*ibiq; Ramir.* 40 *Martial. lib.*3.*ep.*6.*Perſ. ſat.*5. 41 *tit. inſtit.d.l.Fuſ. Canin.toll.princ.tit.inſtit.de nupt.*

*Vide Caranzam de part.Auſon.de ratione puerper.maturi in eglogario fol.in.*190. *Cenſorin.de die nat.per tot.Hippocr.lib.de nat.puer.de temp.human. part.Macr.in ſomn.Scip.lib.*1.*c.*6.*Cenſor. ibid. Senec.ep.*110.*de genÿs ſingulis hominibus attributis. Petr.Bertrand.de ara c.*17.*ubi de genÿs,eorumque aris.de prætext.uerb.Crinit.de honeſt.diſcipl.lib.*20 *cap.*7.*Franc.Robortell.de nomin.Roman.Panuin.de antiq.Rom.nomin.Sigon.de nomin.Rom.Ioſ.Caſtalio de antiq.puer.prænom.Maiorag;de nomin.prop.uet. rom.Gell.lib.*10.*c.*4.*Plin.lib.*11. *c.*37. *&* 45. *quod nomina non ſunt poſitiua, ſed naturalia. Plut. de lib.educ.libb.ff.*26.27.*per tot.tit.C.de patr.poteſt.de adopt. de emancip. de ingrat.lib. de infant. expoſit. Baſilicor.lib.*34.*tit.* 1.*de adoption. & adoptat. &c. Ariſt.de econom.de inſtruend.fil.Plat. lib.*7.*&* 8.*de legib.Lucian.in Anacarſi,ſeu de Gymnaſ.de puber-tate,ſeu tyrocin.Artemid.lib.*1.*c.*56.*Ioannes Theodor.Sprenger.de dignit. Capill. de facultatibus, & prærogatiuis puberum.Perſ.ſat.*5.*ibi*

Cum

Cũ primũ pauido cuſtos mihi purpura ceſſit,
Bullaq; ſuccinctis laribus donata pependit;
Cum blandi comites, totaq; impunè ſuburru
Permiſit ſparſiſſe oculos iã candidus vmbo;
Cumq; iter ambiguũ eſt, & vitę neſcius error
Deducit trepidas ramoſa in compita mẽtes,
Me ſibi ſuppoſui, teneros tu ſuſcipis annos.

NVPTIAE.

NVptias præparanto ſponſalibus, hæc cõfirmãto arrha, & oſculo 1. Nuptias ſecundum leges contrahunto ciues, ſerui contubernium 2. Patricijs cum plebeijs connubij ius nullum eſto 3, ac Senatoribus, eorumque filijs cum libertinis 4: vxorum duo ſunto genera, vxorum tantummodò, & matrum familias, quæ viri conueniunt in manũ: primas obtinento vſu, & confarreatione, ſecũdas coemptione 5: nuptias captis augurijs contrahunto 6: non tamen parentalibus, Maio menſe 7, feriis 8, Kalendis, Nonis, Idibus, Iunijs exceptis 9. Spõſam tota cõuocata bule 10, priuſ delatam ad Fortunam virginalem 11, recta-, lanea-

laneaque indutam tunica, laneo præcinctam cingulo [12]; eius coma haſtæ cuſpide diſcriminata [13], ſenis crinibus ornatam [14], coronatãque [15], flammeo obnuptam velo [16], mãtris è gremio ſimulatu raptu deductam [17]; aqua, & igne contactis [18], præcinentibus tybijs [19]: quinque prælucentibus è rubo facibus [20], adlatis tribus affibus [21], colo, fuſo, ſtamine [22], eiuſque vtenſilibus à Camillo in Cumero [23]: dote ſtatuta [24], inuocato Thalaſſione [25], veſpere [26], ad viri domum floribus, frondibuſque exornatam deducunto [27]. Pronubi eam, cum interroganti *quænam es?* reſponderit, *vbi tu Caius ego Caia* [28], ſupra limen tranſportanto [29]; ibi ſtipe oblata, poſtibus lana contactis, adipeque vnctis [30], clauibus receptis [31], nucibus abiectis [32], adhibitis iugo [33], cœna nuptiali, prętexatis verbis, feſcenninisque cantionibus [34], cum pelli lanatæ conſederit [35], pronubæ vniuiræ, ſponſa non pulchriores [36], ad lectum deducunto genialem, ſponſi confectum toga [37]: eò introducta, face puero pręluci ſubtracta, iugalibus DIs inuocatis [38], cingulo virginali ſoluto [39], in tenebris viro cõgreditor. Poſtridiè repotij die cænato, dona accipito, atque in viri domo mulier ſacrificato. Nouæ nuptæ prima die capillatos mariti pueros tondunto [40]: vxoriam ſolemnita-

tem nec in ius vocatione impediunto 41 Vxor lanificio, textrinæ addicta esto; Viro, neque molito, neque coquito 42; honestatem colito, vitia defugito 43; si temetum biberit adulterij crimini subdita esto 44; viri osculo crimen inuestiganto 45; adulteram vita, ac dote priuanto 46; cæterùm vxorem alũto, atque defendũto 47: pro ea in principio anni solemne iuramentum Censoribus exhibento 48; viri dignitatem vxoribus communicãto 49, domiciliumque 50; fortunarum, & sacrorum sociam habento 61; donatio inter virum, & vxorem 52, inter generum, & socerum 53, prohibita esto: rure, aut peregrè domum redeũtes mariti premittunto, qui eos adesse significent 54: matronæ domi suæ sacellum Bonæ Deæ ornantes mirtum ne inferunto 55; nuptias contrahenti plura priuilegia sunto. Cui nascentur trigemini alimenta ex publico ad eos vsque ad pubertatẽ alendos præstanto 56; domesticas contentiones in Templo Deæ Viriplacæ componũto 57; vno contentam matrimonio corona pudicitiæ honoranto 58; vxori virum relinquere nefas esto, viro vxorẽ relinquere ius esto 59: vxoris vicem, licèt parum honestè concubina habeto 60: hanc ab vxore solo delicto sepãrato: concubinam ne habento 61. *In vxore grauissimum esto genus iniuriæ*

habere

habere pellicem 62. Virum, & vxorem eodem sepulcro claudunto 63: natura liberos nõ habenti, eos lege comparandi ius esto 64.

---

1 *Alex.Nou.de sponsal.tit.ff.de sponsal.Varro de* L.L.*lib.*5. *f.*66. 2 *princ.tit.inst.de nupt.Caius instit.lib.*1.*tit.*4. 3 *ll.* 12.*tab.*38.*Flor.lib.*1.*c.*25. 4 *l.lege* 23.*l.si quis* 27.*l.*44.*ff.rit. nupt.* 5 *Cic. in Top.in pr.Boet.ibid.Arnob. lib.*4. *vers.*vxores Dij habent,&c.*Plin.lib.*18.*c.*3.*Apul.lib.*10. *Gell. lib.* 18.*c.*6.*Casal.de prophan.rom.rit.c.*22.*Vlp.in frag. tit.*9.*Corn.Tacit. lib.*4. *annal. l.vxorem ff.de rit. nupt.l.ex parte* §.1.*ff. verb.oblig. l.si concubina ff. rer.amot.*Carol.*Sigon.de antiq.iur.ciu. Rom. lib* 1. *c.*9.*Franc.*Hotoman.*in formul.apud quem est formula coemptionis in manum.* 6 *Valer.Max.lib.* 2. *c.*1.*Iuret.cum ibi not.in cõment.ad* Symmach.*ep.*14 *lib.*4. 7 *Plut.q.rom.*86. 8 *Plut.q. rom.*105. 9 *Macr. sat. lib.*1.*c.* 16. 10 *Plin.in ep.ad Traian.* *Bud.de Asse lib.*5.*fol.*632. 11 *Arnob. adu. gent. lib.*2.*fol.*77. 12 *Plin.lib.*8.*c.*48. *Panc.rer. mem. lib.*1. *tit.* 54. 13 *Plut. in Romul. & q. Rom.*87. *Ouid.*2. *fast.vers* hæc tibi quæ cupide, &c.*Fest. Arnob.vbi sup.* 14 *Fest in verb.*lenis. 15 *Tertull.de coron.milit.* 16 *Tertuli.de virgin. velan. Martial.lib.*11.*ep.*79.*lib.*12.*ep.*42. 17 *Apul.li.*4. *metam.* 18 *Fest.in verb.*facem. *Varr. lib.*4. *de*

ling.lat. 19 *Terent. in Adelph.* Claudian. *in epithal.* 20 *Plut.q.rom.*2.Martial.*lib.*12. *epigr.*42. 21 *Non.marcell.* 22 *Plut.q.*31. *Plin.lib.*8. *c.*48. 23 *Varro de l.l.lib.*6.*f.*80. 24 *Mart.lib.*12.*ep.*42 *l.*1.*cum seqq.ff.iure dot.* 25 *Plut. q.*31. *Mart. d. lib.*12.*ep.*42.*Plut.in* Romul.*Franc.*Hottom.*in formul.Vbi ponitur formula carminis in ducẽdis nuptijs,atque ominis nuptialis:* 26 *Val.Max.lib.*1.*c.*5 *Catull.in epit.verſ.*veſper ades. 27 *Catull.de nupt.*Pelei. 28 *Plut.q.*30.*Quintil.lib.*1.*c.*7. 29 *Plut.q.*29.*Catull.in epit.verſ.*transfer: 30 *Plin. lib.*28.*c.*9.*& lib.*20.*c.*2.*Seru.ſuper* 4.*æn.* 31 *l.*12. *tab.*40.*Feſt.* 32 *Mart. lib.*1. *ep.*36. *lib.*5. *ep.*85. *Virgil.eglog.*8. 33 Horat.*carm.lib.*2.*od.*5.*in principio.* 34 *Claud. in nupt.*Honorij,*& in feſcenninis.* Guttierius *de faſcino dub.*1.*n.*6. 35 *Feſt.in verb.* in pelle. 36 *Sidon. Apoll. lib.*2. *ep.*10. 37 *Arn. lib.*3.*ad.gent.* 38 *Arnob.lib.*4.*aduerſ gen.fol.*110. 39 *Catull. in nupt.Iul. & Manlij verſ.* te ſuis tremulus.*Ouid.in ep.Phÿllid.ad Demophon.verſ.*cui mea virginitas. 40 Horat.2.*ſermon. ſat.*3. *Symmach.lib.*7.*ep.*19.*Iuret.ibid.*Gell.*lib.*2.*c.*24. *Martial.li.*11.*ep,*79.*Plut.q.*85. 41 *l.*2. *ff.in ius vocan.* 42 *Iuuen.ſat.*6. 43 *Senec.de conſol. ad* Helu. *c.*16. *verſ.*Non ſi maximum ſæculi malum;*& c.vlt.* 44 *ll. Romuli.Val.Max.lib.*2.*c.*1.*Arnob.d.lib.*4.*Lactan.Firmian.lib.*1.*c.*22. 45 *Plut.q.*6. *Arnob. d. lib.*4. 46 *l.ſi adulterium §.* Imperator. *l.maritus*

tus ff. ad l. Iul. de adult. 47 *§ patitur inſtit. de iniur.* 48 *Adden. ad Panc. lib. 1. tit.* 51. *Tacit. lib.* 16 *annal.* 49 *l.* 1. *ff. Senator l. mulieres C. dignit. lib.* 12. 50 *l. exigere* 65. *ff. iudic. l.* 1. *§. ſi vir ff. ad Sill. Plut. ſympoſ. lib.* 4. 51 *ll. Romuli.* 52 *Plut. quæſt. rom.* 7. *l.* 1. 2. 3. *ff. donat. inter vir. & vxor.* 53 *Plut. q.* 8. *l.* 3. *§. ab vxoris ff. eod.* 54 *Plut. q.* 9. 55 *Plut. q.* 20. 56 *Iuuen. ſat.* 9. *ibi*

Nullum ergo meritũ eſt ingrate, ac perfide? nullũ
Quod tibi filiolus, vel filia naſcitur ex me?
Tollis enim, & libris actorum ſpargere gaudes
Argumenta viri: foribus ſuſpende coronas,
Cũ pater es, dedimus quod famæ opponere poſſis.
Iura parentis habes, propter me ſcriberis hares
Legatum omne capis, nec non & dulce caducum.
Commoda præterea iunguntur multa caducis,
Si numerum, ſi tres impleuero, &c.

princ. tit. Inſt. excuſ. tut. l. 2. *C. qui a num. liber. ſe excuſ. ll. Tull.* 57 *Valer. Max. lib.* 2. *c.* 1. 58 *Valer. Max lib.* 2. *c.* 1. 59 *ll. Romuli.* 60 *l. pr. cum ſeqq. ff. concub.* 61 *Paul ſentent. lib.* 2. *c.* 20. 62 *Senec. epiſ.* 95. 63 *Apul. lib.* 8. *metam. verſ* Tunc propè familiares miſeræ Charites. *Val. Max. lib.* 4. *c.* 6. *Martial. lib.* 1. *epig.* 117. *lib.* 10. *ep.* 71. *Val. Flac. lib.* 5 *verſ.* Quod tamen externis. *latiùs Ramirez ad d. epig.* 117. *princ. tit. inſtit. de adopt. Caius lib.* 1. *tit.* 5. *Vlpian. in fragm. tit.* 8.

Vide Barnab. Briſſon. de rit. nupt. Hyeron. Boſſ. in

Himetalaſſio, vbi de ſponſal. & nupt. in Claui Caio, *vbi de matrim. & diuort. in luſu geniali, vbi de epitalam.* Caſal. *de prophan. rom. rit. cap* 22. *&* 23. *Roſin. antiq. rom. lib.* 5. *c.* 31. *&* 32. *Auſon. in* Centone *nuptial.* Andream Tiraquell. *de legib. connubial.* Lucan. *Pharſ. lib. verſ.* Feſta coronato non pendēt limine ſerta, &c. *vbi* Catonis, *& Marię renouatum coniugium deſcribitur, ac ſolemnitas nuptiarum non adhibita.* Suet. *in Ner. c.* 28. *vbi de Sporo, qui nupſit Neroni.* Tacit. *lib.* 15. *ann. ibi.* Inditum Imperatori flammeum, miſſi auſpices duo, & gēnialis torus, & faces nuptiales, *de Nerone, qui nupſit* Pythagoræ. Iuuen. *ſat.* 10. *de Meſſalina, quæ nupſit Silio ibi.*

-----dudum ſedet illa parato,
Flammeolo; Tyriuſq; palā genialis in hortis
Sternitur, & ritu decies centena dabuntur
Antiquo, veniet cum ſignatoribus auſpex.

Plura apud Petr. Fab. Semeſtr. lib. 2. *c.* 23. *Senec. in Medea ſcen.* 2. *per tot. vbi ponuntur omnes ſolemnitates nuptiales.* Claud. *de nupt.* Honorij, *& Mariæ. Feſcennina in nupt. eiuſdem. epitalam.* Palladis, *&* Celerinæ. Sidon. *Apoll. in epitalam.* Ruricij, *&* Iberiæ, *atque* Polemij, *&* Araneolæ. Panc. *lib.* 1. *rer. mem. tit.* 59. *ibiq;* Adden. Car. Sigon. *de antiq. iur. ciu.* Rom *lib.* 1. *c.* 9. Martian. Capell. *de nupt.* Phylologiæ, Tertull. *de pudic.* Plutar. *coniugalia præcep.* Mart. *lib.* 4. *epig.* 13. *vbi felicitatem auſpicatur, lib.* 12. *ep.* 42. *vbi*

ritus

ritus describit nuptial. & lib.10. ep. 35. vbi ponit honestas leges inter vir. & vxor. Arist. in econom. lib. 2 c. 2. & lib. 3. c. 4. vbi sunt leges viri ad vxorẽ, & vxoris ad virum. Sidon. Apoll lib. 1. ep. 5 in fine. Plin in paneg. Leuin. Torrent. in comment. ad l. Iul. & Papiam de marit ordin. C. Theod de nupt de secundis nupt si secundò nupserit, si nuptiæ ex rescripto petantur. Tit. ff. de sponsal ritu nupt. iur. dot. pact dotal. fund. dotal. donat. inter vir & vxor. diuort & repud. sol. matrim. &c. De impens in reb. dotal. factis rer amot. act agnosc liber inspicien. ventr. si ventris nom. &c. Adopt & mãcip concub. Cod. libb. 5. vsque 28. tit. instit. de nupt. Vlp. in fragmen. tit. 9. Caium instit. lib. 1. tit. 4. & 5. Basilicor lib. 28. tit. 1. 2. 3. 4. Gell. lib. 4. c. 3. vbi de pellice, & diuortio D. Augustin. de Ciuit. Dei lib. 3. c. 13. ibiq; Viu. vbi de primis coniugijs Romanorum, & lib 14. c. 16. vsque 23. Tertull. de virgin veland de habitu muliebri, de cultu fœminarum, de pudicit. D. Greg. Nazianz. de præceptis à virg. seruand. D. Augustin de bonest mulier. Hugo de S Vict de nupt. carn. & spirituał.

OFFICIA

Vitelly

D*Emissam ad talos togam in vrbe habento* 1. Seruorum, candidatorumque 2, deportatorum, interdictorum aqua, & igni 3, tunica vestis esto; alba plerisque, honorem candida quæsituris. Togæ pallium subijciunto 4: prætexta Magistratuum, bulla triumphantiũ gestamen esto; eadem in vsum puerorum nobilium vsurpanto ad omen, & vota conciliandа virtutis 5: viri muliebri veste non vtuntor sine vituperatione 6; saltantes togam ne induunto 7; soleis vtuntor 8, pileum, bragas, maioresque crines in vrbe ne gestanto 9; at pileo vti licitum esto in sacris, ludis, saturnalibus, peregrinatione, militia, noua libertatẽ, senio,

senio, ægritudine [10], in serui venditione [11], noctu [12]: Rei barbam, & capillos promittunto, tollunto absoluti, indè ad Iouem Capitolinum gratiam acturi pergunto [13]; purpura priuati ne vtuntor [14]: nephas esto nudare se loco sacro, aut coram patre, soceroue [15]: barbam radunto, comam tondunto [16]: Senatui, equestrique ordini annuli aurei, plebeiis, seruisque ferrei sunto [17]: neque libera, neque serua, neque claro genere natus, à pube vsque ad trigesimum quintum annum vinum bibunto [18]: ne quis præsentibus fœminis obscœna verba facito [19]. *Si fidem iureiurando firmarit ne fallito* [20]: obsonandi quidquid velint facultas non esto [21]. *Cœnis ne quid volucrum ponunto, præter vnam gallinam, quæ non esset altilis* [22]. Cum mensa tollitur aliquid super eam relinquunto [23]; foris non cœnanto absq; filijs pueritiam etiamnũ attingentibus: *Iuuenes vtriusque sexus nullum nocturnum spectaculum frequẽtanto, nisi cum aliquo maiore natu propinquorũ* [24]; lucernam non extinguunto, sed vltrò consumi sinunto [25]; Patritijs iuxtà Capitolium habitare nefas esto [26]; coniunctorum dissensiones caristijs dirimunto [27]; publica negotia ne reuelanto [28]; viro potentissimi nominis, atque auctoritatis via decedunto, assurgunto, caput reuelanto, vehiculo desiliunto, deindè

ſalutanto 29: iuniores ſenioribus aſſurgunto, eoſque ad ſimilitudinem Deorum colunto 30: ne ſe inter Conſulem,æ proximum lictorem, quamuis officij cauſa vnà progrederetur, interponunto,filio dumtaxat puero excepto 31: ſuperiorem ſalutantes, dominum, regemque vocanto;inferiorem,aut parem proprio nomine compellantor 32: hominem, ſi ſit opus,indice indicanto, medio, infamique digito ne monſtranto 33: pollicem conuertentes necem, comprimentes vitam ſignificanto 34: digitorum crepitu matellam expoſcunto 35: ciues nobilioribus artibus operam danto, cæteras ſeruis relinquunto. Ciuem Romanum verberibus cædi nefas eſto 36: hoſpitalitatem colunto, eiuſq; teſſera innocenter vtuntor 38: ab hoſpitalitate in Prouincijs profeſſores artium liberalium excuſanto 39: amicitias annuis largitionibus excolunto 40, præcipuè ſaturnaliorum tempore, & natalitio die 41. Res geſtas,ſtemmata, & familiæ nomina in porticibus exponunto 42: pecunias,reſque præcioſas, ſcripturas etiam apud ædem ſacram deponere ius, faſque eſto 43: tabulas publicas ærario adſeruanto 44: in pecuniã virtutis cauſa ludere licitum eſto 45: quod fælix, fauſtũque eſt albo colore 46, nigro,quod infælix eſt ſignãto 47: Ædium fores intrinſecùs aperiun-

to

to 48 : *Pinge duos angues pueri ſacer eſt locus, extra meite* 49 : exteris niſi latinè reſponſa danto 50 . *Publica inſtituta, priuata pietate potiora iudicanto* 51 : filij publicis in muneribus, ac functionibus patrẽ nõ agnoſcunto 52 : annum Loui, menſes Iunoni conſecranto 53 : initium anni antiquum à Martio , nouum à Ianuario auſpicantor 54, ac concelebranto, eoque inuicem ſe Romani colunto, ſalutanto , numiſmata alter alteri, cæteraque omnifariam munera miſſitanto , ſummique magiſtratus conſpicuã ſibi, & ſolemnem purpuram induunto 55 : tria principia menſis non eodem dierum numero diſtincta ſunto. Poſtridiè Kalẽdas, Nonas, Idus peregrinari fas nõ eſto 56 . In menſes annum, in dies menſem diſtribuunto . Dies omnes, aut feſtos habento, aut profeſtos , aut interciſos : feſti Dijs dicati ſunto, in ijſque exercento ſacrificia, ludos, epulas, ferias; profeſti hominibus dicati continento feſtos, comitiales, comperendinos, ſtatos, præliares . Interciſi Dijs, hominibuſque communes quaſdam continento horas, quibus fas non eſt ius dicere 58: media nox diei initium eſto 58 : Horas ſerui Dominis denuncianto 59 ; Accenſi, & præcones in iudicijs 60: duodecim horæ diei , totidem noctis inæquales ſunto 61 . Harum

Prima ſalutantes, atque altera conſinet hora ,

Exercet raucos tertia cáuſſidicos.
In quintam varios exercet Roma labores,
Sexta quies laſſis, ſeptima finis erit.
Sufficit in nonam nitidis octana paleſtris,
Imperat extructos frangere nona toros.
Hora libellorum decima eſt Empheme meorum,
Imperet ambroſias cum tua cura dapes.
Et bonus ætherio laxatur nectare Cæſar,
Ingentique tenet pocula parca manu.
Tunc admitte iocos, greſſu metire licenti,
Ad matutinum noſtra Thalia Iouem [62].

Tempora diei hæc ſunto: media nox, de media nocte, gallicinium, conticinium, diluculum, manè, ad meridiem, meridies, de meridie, ſuprema veſpera, crepuſculum, prima face, concubium, ad mediam noctem [63]. Salutatio matutina eſto aue, veſpertina ſalue [64]: Maiores onera Reipublicæ ſubeunto [65], eamque defendunto. Militi priuilegia [66]: ſtrenuò dona, coronaſque danto [67]: querneam ciuium ſeruatori [68], ac poſt vigeſimum ſtipendium, honeſtam tribuunto miſſionem [69]: qui ſacramento militari non tenentur ius interficiendi, aut vulnerandi hoſtis non habento [70]: fortiũ virorum eſto magis mortem contemnere, quã odiſſe vitam [71]. *Veſtimini moribus togatis, exuito barbariem, abicito mentium crudelitatem* [72].

